Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

N 28

A 142

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

KW
235
C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

JOANNIS ARN. CORVINI J.C.

ELEMENTA JURIS CIVILIS,

Iuxta ordinem Inſtitutionum Imperialium erotematice expoſita;

Additis

GERMANI COUSINII J.C. receptarum utriuſque juris regularum

PARTITIONIBUS.



Koninklijke Bibliotheek 's Hage

AMSTELODAMI,

Apud Danielem Elzevirium.

cIↄ Iↄc LXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Spectatiſſimiſque viris:

D. GUILIELMO BACKER, celeberrimæ hujus urbis Conſuli;

D. ALBERTO CONRADI BURGIO, J. U. D. Exconſuli, nunc in rei maritimæ præfectorum apud Amſtelredamenſes Collegio Aſſeſſori; antehac ad potentiſſimum Ruſſiæ Imperatorem; item ad ſereniſſimum Daniæ Regem Legato;

D. GERHARDO SCHAAP, J. U. D. Exconſuli, nunc ad ſereniſſimum Daniæ Regem Legato;

Illuſtris ejuſdem urbis Gymnaſii Curatoribus.

VIRI NOBILISSIMI, *Humores quo vergunt ducendos, monet Medicorum Princeps, prudente in arte medica præcepto. Etenim illa naturæ, ſive in tuenda, ſive in reſtituenda ſanitate, tantummodo eſt adjutrix. Natura ad ſui conſervationem ipſa ſe movet; motum ejus ſequitur Medicus,*

 non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

non minus tuto, quam ſeliciter. Spectant iſta τὰ φυσικά. *Non alia in doctrina morum eſt meditatio; at non omnino eadem. Trahit & in iis ſua quemque voluptas, dirigendaque ad ejus ductum conſilia. Sed non ſemper eum ſequi oportet, nec omnino. Inclinet affectus, & ex eo nata voluptas; ratio moderatur inclinationem, & dirigit. Ita quidem, ut vel eum plane ſiſtat; vel, quando deliberationi præbet materiam, nec ei omnino parendum decernat, nec ex adverſo nimis nitendum. Sane ita ſe res habet in omni, quod eligas, vitæ genere. Nos eligendum genus ſtudiorum tantum intuemur; & dictum volumus, ut eligat tale, ad quod natura inclinat, ſuadendum juventuti. Difficilis contra fluminis ictum navigatio. Caſſus omnis contra naturæ ductum impoſitus labor. Nihil dicendum, faciendumve, invita Minerva. Optima ſunt effata prudentum. Equidem quæ ita ſive dicuntur, ſive fiunt, inania ſunt omnia. Ex diverſo & facilis, & felix eſt labor, ad*

quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

quem natura invitat. Experti loquimur. Non minus vere dictum, honore artes ali, omneſque ad ſtudia gloriâ incendi. Etenim ut laborem lenit merces, ita pretia virtutis calcar addunt naturæ inclinanti. Gloria inprimis, quæ, & alioquin infelicem, ſequitur virtutem; etiam in re minoris æſtimata ab iis, qui mole magis, aut externa ſpecie, quam interna ſoliditate, & uſu opera penſitant. Quæ nunc publico donamus, mera ſunt juriſprudentiæ Elementa, exiguo libello propoſita. Brevis enim debet eſſe principiorum doctrina. Sed & ſolida ſimul, & perſpicua. Vt talis eſſet hæc noſtra, laboravimus. Eſt ſane per ſeipſam quam maxime neceſſaria. Fundamentorum in omnibus prima debet eſſe cura; in ædificiis inprimis; ſine quibus ut infeliciter ſtruas, ita, iis deſtructis, totum deſtruas ædificium. Quemadmodum ſementem fecerunt, futurum ut metant, aliarum rerum ignari, norunt agricolæ. Sic in omni ſtudiorum genere, ſcientia quam elegit, principiis tenera imbuen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

dæ juventus. Quibus non bene imbuta ad ipſam rerum genuinam nunquam perveniet cognitionem. Ad iſta attendere eorum eſt, qui erudiendæ juventuti conſtituuntur. Quorum ea in re, ſive ex ignorantiæ defectu, ſive ex propriæ ſcientiæ arrogante oſtentatione ſæpe deſideratur prudentia. Id rerum docet uſus, probant protracta ſtudia; quorum omnino ſtudendum compendiis. Ea nobis, protractorum pertæſis, ipſi fecimus. In juris inprimis arte. Quæ privatim nobis profuere, ut legum cupidæ prodeſſent juventuti, publica fecimus. Non ex debito, ſed lubenter. Nec enim ulla nos ad id induxit vocationis neceſſitas, ſed propenſus in ſtudia affectus. In Enchiridii id jam profeſſi ſumus editione. Ex eodem affectu edimus hæc elementa; ut eorum quæ in Enchiridio tractavimus, faciliorem redderemus meditationem. Quæ vero in celeberrima hac urbe in juris ſumus meditati diſciplina, ejuſdem Illuſtri Gymnaſio ſacra eſſe volumus.

Quam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quamobrem, ut Nobiliſſimis & Ampliſſimis ejuſdem Conſulibus & Rectoribus, ipſum Enchiridium iteratò obtulimus; ita nunc vobis, Viri Nobiliſſimi, ejuſdem ſcholæ Curatoribus, hæc offerimus Elementa. *Equidem ſcholæ plane ſerviunt; cui nunc ſatis nos dediſſe arbitramur. Quod offerimus, benigne ut accipiatis, non ſine fiducia, cum debita reverentia rogamus.*

Amſtelodami, Cal. Juliis, 1645.

V. V. N. N.

Obſervantiſſimus

JOANNES Arn. CORVINUS J. C.

Legum

Legum cupidæ Iuventuti S.

NOlite mirari, nos, poſt Enchiridium noſtrum, hæc vobis juris civilis dare Elementa. Partim nos actum agere fatemur; ſed non omnino. Facimus id veſtri cauſſa, eorum rogatu, qui pro ſtudii juridici initiis Enchiridium noſtrum nimis operoſum judicarunt. Ex iſto judicio concidimus multa; alia ſtylo expoſuimus faciliore. Scilicet ea fuit intentio novi hujus laboris, ut per hæc Elementa, quaſi manu, ad Enchiridium duceremini. In prima Inſtitutionum Imperialium expoſitione ſingula curatius tractavimus, & latiores materias inſeruimus ex Pandectis, ut quæ minus digeſta tractantur in iis methodo, juxta Inſtitutionum magis compendioſam propoſitis, facilius vos imbueremus. Monuerant id ex re eſſe Viri ſtudiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

diis veſtris faventes. Poſt editum Enchiridium, iidem, juxta alios, monuêre, ut leviorem adhuc doctrinam præmitteremus, & ex ſolis quidem præceptis Inſtitutionum, omnino ad promovenda magis ſtudia veſtra id neceſſarium judicantes. Iterum voluimus parêre monentibus. Viri clariſſimi Germani Couſinii, in Parlamento dum viveret Advocati, receptarum utriuſque Juris regularum partitiones adjunximus; quod eas non modo in iſto ſtudio adhuc rudibus, ſed & ſervire poſſent provectioribus. Cœperamus quidem in eas aliquid commentari; ſed deinde iſte labor minus viſus eſt neceſſarius. Superſedimus eo; attamen pauca leviter à nobis notata reliquimus. Ipſum de regulis juris ex corpore Juſtinianeo titulum non adjunximus, quod juxta alterum de verborum ſignificatione, ipſis ſoleat jungi Imperiali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

perialibus Inſtitutionibus. Sed continet iſte tantum juris civilis regulas. Juxta quas à Cl. Couſinio habetis & regulas juris Canonici; & utraſque quidem non ſparſim propoſitas, ſed memoriæ veſtræ juvandæ, concinna methodo in unum compactas. Vobis cum noſter, tum Cl. Couſinii labor ut proſit, vovemus religioſe. Valete.

JOAN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Joan. Arn. Corvini JC.

ELEMENTA JURIS CIVILIS,

Juxta ordinem Inſtitutionum erotematicè explicata.

LIBER PRIMUS.

Titulus I.

DE JUSTITIA ET JURE.

Quid eſt Iuſtitia?

Reſp.

EST conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi. *Text. hic. princ.*

Quotuplex eſt?

℞. Duplex; *Univerſalis*, quæ omnes virtutes complectitur; & *Particularis*, hic definita. *Weſ. par. ff. hic.*

Quotuplex eſt Iuſtitia particularis?

℞. Duplex: 1. *Diſtributiva*, quæ diſtribuit munera, præmia & pœnas, pro ſingulorum merito & dignitate. 2. *Commutativa*; quæ modo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſpectat rerum in contractibus æqualitatem. *Weſ. par. eod. n. 12.*

Quid ſignificat hic Ius?

℞. Alias quidem accipitur diverſo modo; ſed hic ſignificat Juris, ſeu Juſtitiæ artem. *Pac. in notis. hic.* Quæ alias Juriſprudentia dicitur. *Textus, hic.* §. 1.

Quid eſt Ius, ſeu Iuriſprudentia?

℞. Divinarum, atque humanarum rerum notitia: juſti atque injuſti ſcientia. §. 1. vel, ſecundum Celſum, ars æqui & boni. *l. 1. ff. eod.*

Quæ ſunt Iuris præcepta?

℞. Honeſte vivere; alterum non lædere; ſuum cuique tribuere. *Text.* §. 3. *hic.*

Quotuplex eſt Ius?

℞. Duplex; publicum & privatum. §. 4. *hic.*

Quid eſt publicum?

℞. Quod ad ſtatum Reip. Romanæ, vel cujuſque Reip. utilitatem per ſe, & principaliter ſpectat. §. *eod.*

Quid eſt privatum?

℞. Quod per ſe, & principaliter ſpectat ad utilitatem privatorum. §. *eod.*

De quo jure agit Imperator?

℞. De privato tantum. §. *eod.*

Quæ ſunt iſtius Iuris principia?

℞. Collectum eſt ex præceptis naturalibus, gentium, & civilibus. §. *ult. hic.*

TIT. II.

De jure Naturali, Gentium, & Civili.

Quotuplex eſt Ius ſecundum priora principia?

℞. Triplex: Naturale, Gentium, & Civile. *Rub. hic.*

Quid eſt jus naturale?

℞. Quod natura omnia animalia docuit. Inde ma-

matrimonium, liberorum procreatio, & educatio. Inde etiam libertas. *Text. hic pr. & §. 2. in fin.*

Quid eſt jus gentium?

℞. Quod uſu exigente, & humanis neceſſitatibus, homines naturali ratione ducti inter ſe conſtituerunt. Inde omnes pene contractus, captivitates, ſervitutes, manumiſſiones. *Text.* §. 2. *verſ. jus autem gentium.*

Quid eſt jus civile?

℞. Quod quiſque populus ſibi conſtituit. *Text. hic.* §. 1.

Quid differt jus naturale à jure gentium?

℞. Quod illud videatur commune omnibus animalibus (quæ etiam iſtius juris peritia cenſentur): hoc vero humani generis proprium eſt. *Text. hic. pr.* & §. 1.

Quid differt jus naturale à jure civili?

℞. Bifariam. 1. *Origine*; quatenus jus naturale cum ipſo humano genere proditum eſt: jus civile tunc eſſe cœpit, cum & civitates condi, magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt. §. 11. *inf. de rer. diviſ.* 2. *Duratione*; quatenus jus naturale eſt immutabile; civile mutabile, & ſæpe mutari ſolitum §. 11. *hic.*

Quid differt jus gentium à jure civili?

℞. Quod illud omni humano generi commune eſt, & apud omnes populos peræque cuſtoditur: hoc proprium eſt unius civitatis, & ex unaquaque civitate appellatur. Veluti Athenienſium, Romanorum. §. 2. *hic.*

Cum jus civile ſimpliciter nominatur, quod intelligitur?

℞. Romanorum; tanquam judicatum præſtantiſſimum. §. 2. *eod.*

Quotuplex eſt jus civile Romanum?

℞. Duplex: ſcriptum, & non ſcriptum. §. 3. *hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quot ſpecies ſcripti juris recenſet Imperator?

℞. Sex: Legem, Plebiſcitum, Senatusconſulrum, Principum placita, Magiſtratuum Edicta, & Reſponſa Prudentum. *d.* §. 3.

Quid eſt lex?

℞. Lex eſt, quod populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante, veluti Conſule, conſtituebat. *Text. hic.* §. 4.

Quid eſt Plebiſcitum?

℞. Quod plebs plebeio Magiſtratu interrogante, veluti Tribuno, conſtituebat. Quod Lege Hortenſia, (lata *anno V. C.* 464.) non minus, quam lex valere cœpit. §. 4. *hic.*

Quid eſt Senatuſconſultum?

℞. Quod Senatus jubet, atque conſtituit. *Text. hic.* §. 5.

Quid ſunt Principum Placita?

℞. Conſtitutiones Principum, eorumque decreta & edicta, poſtquam in eos imperium & poteſtatem populus Romanus contulit, pro lege propoſita ac lata. *Text. hic.* §. 6.

Quotuplices ſunt Conſtitutiones!

℞. Duplices: vel generales, vel perſonales. *Text.* §. *eodem. verſ. planè.*

Quæ ſunt perſonales?

℞. Quæ perſonam non tranſgrediuntur. *d.* §. 6. *verſ. planè.*

Quæ ſunt generales?

℞. Quæ omnes procul dubio tenent. *d.* §. 6. *in fine.*

Quot earum ſunt ſpecies?

℞. Tres. 1. Nam princeps, vel ob meritum alicui indulget. 2. Vel alicui pœnam irrogat. 3. Vel alicui ſine exemplo ſubvenit. *d.* §. 6. *verſ. planè.*

Quæ

Quæ ſunt Prætorum, ſeu Magiſtratuum Edicta?

℞. Quæ Magiſtratus, ut Prætores, item Ædiles Curules introduxerunt. §. 7. *hic.*

Quæ ſunt Reſponſa Prudentum?

℞. Opiniones, & ſententiæ eorum, quibus permiſſum fuit de jure reſpondere. §. 8. *eod.*

Quid eſt Ius non ſcriptum?

℞. Conſuetudo, quam diuturnus utentium conſenſus, nec juri naturali, neque juri ſcripto, quod in uſu eſt, contrarius, comprobavit. §. 9. *hic.*

Quæ ſunt objecta juris privati?

℞. Hoc ad perſonas, aut ad res, aut actiones refertur. §. *ult. hic.*

TIT. III.

De Iure Perſonarum.

Quomodo diſtinguitur jus Perſonarum?

℞. Ex variâ hominum ſeu perſonarum differentiâ.

Quomodo dividuntur homines ſeu perſonæ?

℞. Vel ſecundum naturam: ratione ſexûs in mares & feminas: *l. 9. De ſtatu homin.* Vel ſecundum jus Gentium, in liberos & ſervos. *l. 3. ff. eod. pr. hic.* Vel ſecundum jus civile, ex ſtatu ſive publico civitatis, in cives & peregrinos; ſive privato, familiæ, in perſonas, quæ ſunt ſui vel alieni juris. *pr. inf. de his, qui ſunt ſui vel al. jur.*

Quas diviſiones perſequitur Imperator?

℞. Secundum jus gentium & civile, privatum quidem.

Quæ eſt ſumma perſonarum diviſio, ſecundum jus gentium?

℞. Quod omnes homines aut liberi ſunt, aut ſervi. *Text. hic. princ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quid eſt libertas?

℞. Naturalis facultas ejus quod cuique facere libet; niſi quod vi aut jure prohibetur. *Text.* §. 1. *hic.*

Quid eſt Servitus?

℞. Conſtitutio Juris gentium, qua quis alieno dominio contra naturam ſubjicitur. *Text.* §. 2. *hic.*

In quo conſiſtit poteſtas dominica?

℞. Apparet I. In *perſonis*, quatenus primis temporibus, dominus in ſervum habebat poteſtatem vitæ & necis; licet poſtea ſine cauſa in eum ſupra modum ſævire non licuerit. §. 1. *&* 2. *inf. de his qui ſui, vel alieni juris ſunt.* 2. Quatenus in ſervum uſumfructum conſtituere potuit, & eum teſtamento legare. §. 7. 8. *inf. de legat.* II. In *bonis*, quatenus quæ acquirebant & contrahebant ſervi, dominis acquirebant & contrahebant. *d.* §. 3. *& pr. &* §. 1. *inf. de ſtipul. ſerv.*

Quibus modis acquiritur Servitus?

℞. *Iure gentium*, captivitate in juſto bello; *Iure civili*, cum liber homo major 25 annis, ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt, vel ob ingratitudinem invitus ad ſervitutem libertus revocatur. §. 4. *hic. Nov.* 78. *cap.* 2.

Quibus modis amittitur?

℞. Vel abſque domini voluntate; vel ex domini voluntate, ex legis beneficio, cum ſervi à domino gravi injuriâ ſunt affecti. *vide* §. 2. *infr. de iis, qui ſunt ſui, &c.*

Quæ eſt liberorum, & ſervorum Diviſio?

℞. In ſervorum conditione nulla eſt differentia, in liberis autem multæ; Sunt enim aut ingenui, aut libertini. *Text.* §. *ult. hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. IV.

De Ingenuis.

Qui ſunt ingenui?

℞. Nati ex matre, quæ tempore partus vel conceptus, vel intermedio tempore, libera fuit. *pr. hic.*

TIT. V.

De Libertinis.

Qui ſunt libertini?

℞. Qui ex juſta ſervitute ſunt manumiſſi. *pr. hic.*

Quot ſunt libertinorum genera?

℞. Tria olim fuere. Alii enim erant cives Romani, & perfectam habebant libertatem; Alii liberi non cives, Latini dicti; Alii dedititii. *§. ult. hic.* Hodie omnes libertini ſunt ingenui. *d. §. ult. in fin.*

Quod Ius competit manumiſſori in libertinos?

℞. Jus patronatus. *ff. 38. tit. 14. C. 6. tit. 14.*

In quo conſiſtit?

℞. Apparet 1. In *perſonis libertorum*; quatenus ab iis patronus ſibi certas operas exigit. *l. 1. & t. t. ff. de oper. libert.* 2. In *rebus*; quatenus patronus in bonis libertorum defunctorum partem conſequitur, *ut ibi dicetur. §. 2. & §. ſed noſtra. inf. de ſucceſſ. libert.* 3. In *actionibus*; quatenus libertus patronum ſine venia in jus vocare non poteſt. *l. 4. cum ſeqq. ff. de obſeq. par. & patr. præſt.*

Quid eſt manumiſſio?

℞. Eſt de manu miſſio, id eſt, datio libertatis. *Text. pr. hic.* & ex juſta quidem ſervitute. *d. pr. hic. §. ult. ſup. de ingen.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. VI, & VII.

Quibus ex cauſſis manumittere non licet: Et De Lege Fuſia Caninia tollenda.

Quibus licet manumittere ſervos, & quot?

℞. Non unicuique: licet manumiſſio ſit voluntariæ juriſdictionis. *l.2.de off.Proc.* Puta 1. Non debitori, qui non eſt ſolvendo, animo fraudandi creditorem; & ita quidem, ut manumittendo eum fraudet. §. 3. *hic.* 2. Non minori infra annum decimum ſeptimum completum. Puta quod lege Ælia Sentia modus manumiſſioni poſitus. § *ult. hic.* Ut & Lege Fuſia Caninia alias quoad manumittendum teſtamento numerus certus definitus. *tot. tit. de Leg. Fuſ. Can. toll.*

Quibus modis fit manumiſſio?

℞. Manumiſſionis plures ſunt modi. Puta 1. In Eccleſiis. 2. Vindictâ. 3. Teſtamento. Idque vel directe, vel per fidei commiſſum. 4. Inter amicos. 5. Per epiſtolam. §. 1. *ſup. de libertin.*

Qui manumiſſionis ſunt effectus?

℞. Qui manumittuntur non ſemper eadem jura conſecuti ſunt, ut Imperator, §. *fin. de libert.* latiùs exponit, qui conſulendus.

TIT. VIII.

De his, qui ſunt ſui, vel alieni Iuris.

Dixiſti, perſonas ſecundum jus civile privatum dividi in eas qui ſunt ſui, vel alieni juris:

Dic, qui ſunt ſui vel alieni juris?

℞. Sui juris ſunt patresfamilias: Alieni filiifamilias, & ſervi. *pr. hic.*

Quæ fuit poteſtas, jure gentium, dominorum in ſervos?

℞. 1. Ut in ipſos jus haberent domini vitæ & necis. 2. Ut quidquid ſervi acquirebant, id dominis

minis acquirerent; neque ipſi bona haberent, ſed in bonis eſſent. *Text.* §. 1. *hic. l.* 1. §. 1. *ff. hic.*

TIT. IX.

De patria poteſtate.

Qui ſunt in patria poteſtate?

℞. Liberi, qui ex juſtis nuptiis procreantur. *Text. in princ.*

Quotuplex eſt poteſtas patria?

℞. Duplex: vel *naturalis*, ex jure gentium primævo deſcendens, utrique parenti communis: vel *civilis*, & legibus Romanis informata; patri non qua pater, ſed qua paterfamilias eſt, peculiaris.

Quæ hic intelligitur?

℞. Civilis; ſecundum quam non mater, ſed pater liberos in poteſtate habet. *Text. hic.* §. *ult.*

In quo conſiſtit utraque?

℞. *Naturalis* quidem in reverentia, obſequioque filiali injungendis & præſtandis. *Civilis* olim quidem eadem erat cum poteſtate dominorum in ſervos, ſed hodie ſimiliter ita coarctata, ut quoad filii *perſonam*, in pietate potius, quam atrocitate conſiſtat: quoad ejus *bona*; quod caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, liberi pleno dominio; adventitia quoad proprietatem acquirant, ſolum in iis uſumfructum pater. §. 1. *Inſt. per quas perſonas nob. acquir. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.*

Quomodo conſtituitur?

℞. Per Nuptias juſtas, Legitimationem, Adoptionem.

TIT. X.

De Nuptiis.

Nuptiæ quomodo definiuntur?

℞. Nuptiæ (ſive matrimonium) ſunt conjunctio viri & mulieris, individuam vitæ ſocietatem con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

continens. *Tit.ſupr.* §. 1. Modeſtino Nuptiæ ſunt conjunctio maris & feminæ, & conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio. *l. 1. ff. de rit. nupt.*

Quid ſunt ſponſalia?

℞. Sunt mentio, & repromiſſio, ſeu mutua promiſſio, futurarum nuptiarum. *l. 1. ff. de ſponſal.*

Quotuplicia ſtatuuntur ſponſalia?

℞. Jure civili unum tantum genus eſt ſponſaliorum. Canonico jure duplicia ſunt ſponſalia; vel de futuro: ſic vocantur, quaſi concepta per verba futuri temporis (*quæ ſunt ipſa modo ex jure civili definita*): vel de præſenti; ſic dicta, quaſi concepta per verba præſentis temporis, *quæ ſunt, quas definivimus, nuptiæ.*

Quinam contrahunt recte nuptias?

℞. 1. Mas & femina, ii ſoli, qui generare poſſunt. *per l. 10. C. de repud.* 2. Qui conſentire poſſunt; non furioſi, licet furor ſuperveniens non vitiet præcedentes nuptias. *l. 16. §. 2. ff. de ritu nupt.* 3. Jure quidem Romano ſoli cives Romani, non peregrini, non ſervi, *pr. hic. l. 3. C. de inceſt. nupt.* qui tamen omnino, jure Gentium & Canonico, nuptias recte contrahunt. *c. 1. Ext. de conjug. ſerv.*

Quot perſonæ contrahunt nuptias?

℞. Jure civili, itidemque divino, ſinguli. *§. 6. 7. hic. Matth. 19.*

Quæ perſonæ prohibentur contrahere nuptias?

℞. Nuptiæ prohibentur, 1. ratione *cognationis naturalis & civilis.* In linea *recta* in infinitum, etiam diſſoluta adoptione, *§. 1. hic.* In *tranſverſali,* etiam in utraque cognatione, inter tales qui ſunt parentum vel liberorum loco, *§. 5. hic.* Inter fratres & ſorores, ſive germanos, ſive uterinos, ſemper; inter adoptivos, quamdiu durat adoptio. *§. 2. & ſeq. hic.* 2. Ratione *affinitatis*

eadem

eædem habent locum prohibitiones, etiam diſſoluta affinitate. §. 6. *hic.*

Ad quotum ergo gradum prohibitæ ſunt nuptiæ?

℞. In linea tranſverſali æquali ad quartum gradum; Ultra eam in inæquali linea. §. 4. *&* 5. *hic.*

Quid dicis de duobus comprivignis?

℞. Duo comprivigni, id eſt, mariti filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio viro, vel contra, nuptias recte contrahunt. §. 8. *hic.*

Quid eſt Affinitas?

℞. De Jure civili (ex juſtis nuptiis) eſt conjunctio inter virum & conſanguineos uxoris, & inter uxorem & conſanguineos viri. *Enchirid. hic. De jure Canonico etiam eſt ex quocunque coitu.*

Quæ requiruntur, ut nuptiæ legitimo modo contrahantur?

℞. 1. Conſenſus contrahentium, iſque plane liber. *l. nuptias. ff.* de *Reg. Iur. l.* 11. *de ſponſal.* 2. Si contrahentes ſunt in poteſtate parentum: horum præterea conſenſus requiritur. *princ. hic.*

Quis eſt effectus legitime contractarum nuptiarum?

℞. Quod nuptiæ dicantur juſtæ, & legitimæ, liberi juſti & legitimi, & in poteſtate patria. *pr. hic.* §. *fin. ſup. de pot. patr.* Contra ea contractæ, ſi veniunt ſimpliciter contra præcepta juris civilis (ut contractæ cum peregrinis) illegitimæ, inutiles, imo nullæ quidem ſunt jure Romano; non deſinunt tamen eſſe nuptiæ jure Gentium, *d. pr. hic.* Contractæ contra jus naturæ vel gentium, aut ipſo jure nullæ ſunt: *puta, ſi error in perſona, non in aliquo accidenti interveniat*: aut inceſtæ dicuntur, aut nefariæ. §. 12. *hic. tit. in C. de inceſt. & inutil. nupt. & Nov. de inceſt. & nef. nupt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ pœna illegitime contractarum nuptiarum?

℞. Si adverſus ea, quæ diximus, aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur; Sed & qui prohibitas nuptias contrahunt, alias quoque pœnas patiuntur, quæ ſacris conſtitutionibus continentur. §. *eod. hic.*

Quomodo ſolvuntur ſponſalia, & nuptiæ?

℞. 1. Morte naturali unius è contrahentibus. 2. Civitate cum libertate amiſſa. *l. 56. ff. ſolut. matr.* Niſi cum liberta ſint contractæ nuptiæ. *l. 45. §. fin. de R. N.* Uxores tamen captivorum alteri nubere temere non poſſunt. 3. Deportatione ſponſalia quidem; ſed non nuptiæ jure gentium ſolvuntur. *l. 13. §. 1. ff. l. 24. C. de don. int. vir. & uxor.* Licet, quoad effectum, jure Quiritium, nuptiæ non ſint. *per d. l. 56. Cujac. in expoſ. Nov. 22.* 4. Sponſalia inter vivos repudiis ſolvuntur; nuptiæ divortiis. *Enchir. meum. hic.*

Quatenus ſolvuntur ſponſalia repudiis, & nuptiæ divortiis?

℞. Jure civili olim repudia fiebant libere altera parte pœnitente; *l. 10. ff. l. 1. C. de ſponſal.* noviſſimo ita, ut pœnitens ſponſus arrhas amittat, ſponſa duplicatas reddat. *l. 5. C. eod.* Divortia etiam ipſa olim lege XII Tab. fiebant libere. Iis poſtea modus conſtitutus eſt: & cum prius cauſæ eorum eſſent arbitrariæ, poſtea legibus ſunt definitæ. *Enchir. hic.*

Quid eſt legitimatio?

℞. Eſt legis actio, qua liberi, qui nativitate non ſunt in poteſtate patris, poſt eam fiunt legitimi.

Quos licet legitimare?

℞. Jure civili quidem liberos tantum naturales, & quidem ex tali femina conceptos, quam

in

in uxorem habere licet. *l.* 2. 5. 10. *C. de natur. lib.* Jure canonico omnes ex ſolutis natos. *c.* 13. *qui filii ſint legitimi.*

Qui poſſunt legitimare?

℞. 1. Legitimandi poteſtas conceſſa eſt jure civili patri, contrahendo nuptias, cum ea ex qua prolem ſuſcepit. *Nov.* 74. *c.* 1. 2. Principi, vel per ſe, vel per reſcriptum *Nov.* 89. *c.* 9. 3. Curiæ teſte populo, & actis intervenientibus; ſi quidem pater filium curiæ offert, vel filia detur in uxorem viro curialis conditionis. *d. Nov.* 89. *c.* 2. *Inſt.* §. 13. *hic.*

Quis eſt effectus legitimationis?

℞. *Communis eſt omnium*, quod legitimati fiunt legitimi, & poteſtati patris ſubjiciuntur. *Per ſubſequens matrimonium legitimati* in omnibus naturalium ac legitimorum jure fruuntur. *Per reſcriptum legitimati* ſimiliter: Niſi quod in feudo & emphyteuſi civili non ſuccedant, niſi id Reſcripto contineatur; & Statuto excludente feminas, exſiſtentibus maſculis non contineantur. *Per oblationem curiæ legitimati*, ſoli patri, non aliis (quibus dicuntur facti cognati) ſunt legitimi. *Treut. de jur. perſon. theſi* 7. *per ibi alleg. Legitimat etiam Pontifex: de qua legitimatione, ejuſque effectu, vide Enchiridium.*

TIT. XI.

De Adoptionibus.

Quid eſt Adoptio?

℞. Eſt actus legitimus, per quem is qui natura non eſt, fit filius electione. *Gl. in pr. hic.*

Quotuplex eſt?

℞. Duplex. 1. Arrogatio. 2. Adoptio ſpecialiter dicta §. 1. *hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quid eſt Arrogatio?

℞. Eorum, qui ſui juris ſunt, principali reſcripto facta adoptio. *hic. d.* §. 1.

Quid eſt Adoptio ſpecialiter ſumta?

℞. Eorum qui in alterius poteſtate ſunt, coram magiſtratibus facta adoptio. *d.* §. 1.

Qui poſſunt adoptare, qui adoptari?

℞. Adoptio utraque non conſtat, niſi inter eos, qui per naturam poſſunt eſſe parentum & liberorum loco. 2. Nec niſi inter eos qui liberos poſſunt habere, vel ipſi eſſe in poteſtate parentum. §. 4. *hic.*

Quæ ſunt in arrogatione ſpecialiter conſideranda?

℞. 1. Quod ſit modo eorum qui ſunt ſui Juris. 2. Quod olim fiebat in comitiis, per populum; & quidem Romæ tantum: poſtea vel immediate per Principem, vel, ejus auctoritate, per Magiſtratum, idque vel ipſo arrogato, ſi major eſſet, conſentiente; vel ſi minor eſſet, Tutoris auctoritate accedente. 3. Quod arrogatus, cum liberis & omnibus bonis ſuis, tranſiret in poteſtatem arrogatoris. §. 3. *hic.*

Quæ conſideranda in adoptione ſpecialiter dicta?

℞. 1. Quod tantum ſit eorum qui ſunt ſub poteſtate. 2. Quod fiat adoptati, adoptantis & patris in adoptionem dantis, conſenſu. §. 7. *hic.* 3. Apud magiſtratum, actis intervenientibus. §. 1. *hic. &* §. 8. *tit. ſeq.* 4. Quod hîc adoptatus ſolus tranſit in poteſtatem patris adoptantis, non ipſius liberi. Imo ne quidem ipſe adoptatus filius; niſi avo vel proavo materno ſit datus in adoptionem. §. 2. *hic.*

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. XII.

Quibus modis patria poteſtas ſolvitur.

Quomodo ſolvitur patria poteſtas?

℞. Interdum in diem, interdum pure. *Illo modo* captivitate patris, vel filii. §. 5. *hic. Hoc modo*, 1. filii emancipatione. §. 6. *eod.* 2. ejuſdem adoptione. §. *ſed & ſi. eod.* 3. deportatione patris vel filii. §. 1. *eod.* 4. morte naturali patris. *pr. hic.*

TIT. XIII.

De tutelis.

Quid eſt tutela?

℞. Eſt vis & poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem ipſe defendere nequit, jure civili data, ac permiſſa. §. 1. *hic.*

Quotuplex eſt?

℞. Triplex; legitima, teſtamentaria, & dativa.

TIT. XIV.

De teſtamentaria tutela, ſeu qui Teſtamento Tutores dari poſſunt.

Quis teſtamento datur tutor?

℞. Paterfamilias, filiusfamilias, *princ. hic.* ſervus proprius. Cui libertas ex hoc competit; niſi per errorem quaſi liber tutor datus ſit. Servus alienus, cum hac adjectione, *quando liber erit.* §. 1. *hic.* Furioſus, cum mentis compos fuerit factus. Minor, cùm major viginti quinque annis fuerit factus. §. 2. *hic.*

Quibus datur?

℞. Filiis emancipatis. Quorum tutela confirmanda eſt à Præſide. §. 5. *ſup. de tutel.* Liberis impuberibus: ſive filiis & filiabus, ſive nepotibus & neptibus, ſi poſt mortem teſtatoris in poteſtatem patris ſui, nepotes & neptes non reci-

dunt;

dunt; §. 3. *eod.* & poſthumis. Si modo in ea cauſa ſint, ut vivis parentibus naſcentes, ſui heredes, & in poteſtate eorum fierent. *d.* §. 3.

Quomodo datur?

℞. Vel pure, vel ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ſub conditione; poſt, vel ante heredis inſtitutionem, nihil intereſt. §. 3. *hic.*

TIT. XV.

De legitima tutela. cum Tit. XVI. XVII. XVIII. ſeqq.

Quando locus eſt legitimæ tutelæ?

℞. Quando teſtator, quantum ad tutelam attinet, inteſtatus deceſſit. *Princ. &* §. 2. *hic.*

Quotuplex eſt tutela legitima?

℞. Quadruplex. 1. Adgnatorum, *de qua tit.* 15. 2. Patronorum, *de qua tit.* 16. 3. Parentum, *de qua tit.* 17. 4. Fratrum, *de qua tit.* 18.

Quæ eſt legitima adgnatorum tutela?

℞. Quæ defertur ex lege XII Tabul. Adgnatis, ex Juſtiniani conſtitutione. *Nov.* 118. *c.* 5. etiam cognatis proximis, capite non diminutis. *pr. hic. &* §. 7. *inf. de capit. diminut.*

Qui dicuntur adgnati & cognati?

℞. Adgnati ſunt per virilem, cognati vero per femineum ſexum nobis conjuncti. *Text.* §. 1. *hic.*

Quæ eſt legitima patronorum tutela?

℞. Lege XII Tab. pertinebat ad patronos eorumque liberos, in libertos, & manumiſſos impuberes. *Text. hic. tot. tit.* 17.

Quæ eſt legitima parentum tutela?

℞. Quæ defertur patri in liberos impuberes emancipatos. *Text. tit.* 18.

Quæ eſt legitima fratrum tutela?

℞. Quæ defertur fratri, ſive uni, ſive pluribus adultis, patre ante liberorum emancipationem defuncto. *Text. tit.* 19.

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. XIX.

De capitis diminutione.

Feciſti mentionem capitis diminutionis: Quid eſt capitis diminutio?

℞. Prioris ſtatus mutatio. *Text. pr. hic.*

Quotuplex eſt?

℞. Pro triplici ſtatu, libertatis, civitatis, familiæ, triplex eſt. 1. Maxima, cum omnes ſtatus tres, libertas, civitas & familia ſimul amittuntur. 2. Media, cum amittitur civitas & familia, retenta libertate. 3. Minima, cum ſola amittitur familia, ut in adoptione & arrogatione. §. 1. 2. 3. *hic.*

TIT. XX.

De Attiliano Tutore.

A quo Magiſtratu defertur tutela, quæ dativa, ſeu prætoria dicitur?

℞. Primis temporibus dabatur (in urbe quidem) à Prætore Urbano, & majore parte Tribunorum plebis, ex Lege Julia & Titia; poſtea conſules pupillis tutores ex inquiſitione dare cœperunt; Item Prætores ex conſtitutionibus, & Magiſtratus. *Text. pr. 2. &* §. 3. 4. 5. *hic.*

Quibus dabantur tutores à Magiſtratu?

℞. Iis, quibus non eſſet, vel plane ex cognatione legitimus, vel ex teſtamento pure datus tutor; ſed datus quidem teſtamento, verum ſub conditione, vel die certo. Item quibus tutor pure datus, vel ob non aditam hereditatem, vel quod ab hoſtibus captus, deficiebat, *princ. &* §. 1. *hic.*

Quales dat Tutores Magiſtratus?

℞. Primo in ſuo territorio. In quo ſi non invenit idoneum, è vicinis eligit nomine ad præ-
ſidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſidem tranſmiſſo. *l.24. ff. de tutor. dat. ab his qui, &c.* Etiam invitos, *l. 1. de adm. tut.* exceptis, matre & avia. *Auth. ad hac. C. quand. mul. tut. off. fung. poſſ.* Tales tamen, qui non prohibentur tutores eſſe.

TIT. XXI.

De Auctoritate Tutorum.

In quibus conſiſtit officium tutoris?

℞. 1. In auctoritate pupillo præſtanda. In negotiis, quibus pupillus ſe obligat; vel unde mutuæ obligationes naſcuntur (ut in emtionibus & venditionibus), item in hereditatis aditione, bonorum poſſeſſionis petitione, vel hereditatis ex fideicommiſſo ſuſceptione. §. 1. *hic. & princ. eod.* In patrimonii pupillaris juſta adminiſtratione. 3. In ipſius pupilli educatione. *tit. ff. & C. de admin. tutor.*

Quando interponenda auctoritas tutoris?

℞. In ipſo negotio, à tutore præſente & ſciente quid agatur; non ante, aut poſt tempus; non per epiſtolam, aut nuncium. *Interpoſita enim auctoritas tunc nihil ageret.* §. 2. *hic.*

Quid, ſi tutor impediatur?

℞. Curabit, ut ſuo periculo Actor conſtituatur. *Text.* §. *ult. inf. de curator.*

Quid, ſi inter pupillum & tutorem judicio agendum ſit?

℞. Curator in ejus locum datur. Quo interveniente, judicium peragitur. Eo peracto, datus curator eſſe deſinit. §. *ult. hic.*

TIT. XXII.

Quibus Modis tutela finitur.

Quibus modis finitur tutela & cura?

℞. Omnis tutela finitur pubertate pupilli. Ea,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

eſt in maribus 14, in feminis 12 anno. 2. Teſtamentaria, ad conditionem vel diem certum data, conditionis exſiſtentia vel diei adventu. Tutela & cura finiuntur: 1. Minima capitis diminutione pupilli aut minoris. 2. Tutoris vel curatoris excuſatione, vel ſuſpecti crimine. 3. Morte naturali. 4. Morte civili: Id eſt, maxima, vel media capitis diminutione, tutoris, curatoris, pupilli, vel minoris. *Text. hic. tot. tit.*

TIT. XXIII.

De Curatoribus.

Quid eſt curatio?

℞. Eſt poteſtas, quæ datur libero, majori 25 annis, ad tuendum eum, qui per ætatem nequit ſe defendere. *Perez. hic.*

Quibus dantur curatores?

℞. Puberibus 25 annis minoribus. 2. Majoribus, ſive animi vitio, ut furioſis, prodigis; ſive corporis morbo, ut mutis, ſurdis, & perpetuo morbo laborantibus. 3. Impuberibus, quibus tutor eſt non idoneus, vel excuſatus. *Princ. §. 3. 4. 5. hic.*

A quibus dantur?

℞. 1. Minoribus, puberibus, vel impuberibus, ab iiſdem magiſtratibus à quibus dantur tutores, & quidem petentibus: vel ipſis minoribus, *§. 2. hic.* vel eorum; ut & majorum ad negotia ſua gerenda ineptorum cognatis. 2. Furioſis & prodigis, ex lege XII Tab. agnati ſunt tutores. 3. A teſtatore non dantur quidem curatores; dati tamen à magiſtratu poſſunt confirmari. *§. 1. 2. 3. hic.*

Qui dantur?

℞. Vel iidem qui tutelam impuberum geſſere, vel alii.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quomodo dantur?

℞. Vel ad omnia minorum bona adminiſtranda, vel ad certam eorum partem. §. 2. *hic.*

Quibus modis finitur curatio?

℞. Iiſdem quibus tutela.

TIT. XXIV.

De Satiſdatione Tutorum.

Quid debet tutor facere, cum tutelam ſuſcipit?

℞. Satiſdare rem pupillo ſalvam fore. *pr. hic.*

An omnes Tutores tenentur ſatiſdare?

℞. 1. Legitimi quidem. 2. Ab extraneo, vel minore Magiſtratu ſine inquiſitione dati; non vero vel dati, vel confirmati ex inquiſitione, à majore Magiſtratu; non teſtamentarii, etiam ſine inquiſitione dati; niſi certis caſibus. §. 1. *hic, & d. princ.*

Quid, ſi plures ſint Tutores, vel Curatores?

℞. Poteſt unus contutori, vel concuratori offerre ſatiſdationem, utrum ſatis accipere, an dare malit; ut qui ſolus ſatiſdat, ſolus adminiſtret. §. 1. *hic.*

Quis adminiſtrat ex pluribus tutoribus, vel curatoribus?

℞. Vel is qui ſatiſdationem dicto modo offert: vel quem teſtator, aut major pars tutorum, aut curatorum, aut Magiſtratus elegit; vel indiviſim omnes. §. *eod.*

Quis eſt effectus ſatiſdationis?

℞. Quod non tantum tutores ipſi, ſed etiam eorum fidejuſſores teneantur, & poſt utroſque fruſtra excuſſos, in ſubſidium Magiſtratus is, qui cum ſatiſdationem accipere teneretur, eam vel omnino non accepit, vel non idonee. §. 2. *hic.*

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. XXV.

De excuſatione tutorum.

An tutor cogitur tutelam ſuſcipere?

℞. Imponebatur quidem adeo olim tutela (ut & cura) invitis ex lege XII Tab. ut nulla admitteretur excuſatio. Ea hodie admittitur ex juſta cauſſa. *princ. hic.*

Unde manat talis excuſatio tutelæ?

℞. Omnis manat vel ab ipſo tutore, vel à pupillo.

Quæ manat ab ipſo tutore?

℞. Triplex; ſumta I. à numero liberorum, eorumque naturalium & legitimorum; & quidem ſuperſtitum, vel in bello amiſſorum. Romæ trium, in Italia quatuor, in provinciis quinque; ita ut nepotes ex filio in locum patris ſuccedant. Adoptivi patri naturali proſunt. §. 1. *hic.*

II. Ab occupationibus, iiſque vel privatis, ut à trina tutela; §. *item tria.* 5. *hic.* vel publicis, ut ab adminiſtratione rerum fiſcalium. §. *item divus.* 1. *eod.* 2. abſentiâ ex Reipubl. cauſa. §. *item.* 1. *qui.* 2. *eod.* 3. poteſtate, quam habet ſe excuſans. §. 3. *eod.* 4. militiâ. §. *idem in milite.* 14. *eod.* 5. Profeſſione Grammatices, Rhetorices, aut Medicinæ exercitio, Romæ, aut in ſua patria ab eo, qui intra numerum eſt. §. *item Romæ. eod.*

III. Ab incapacitate ad tutelam gerendam; eaque 1. ratione paupertatis. §. *ſed & propter.* 6. *eod.* 2. Adverſæ valetudinis. §. *item propter.* 7. *eod.* 3. imperitia literarum. §. *ſimiliter.* 8. *eod.* 4. ætate minoris viginti quinque, & majoris ſeptuaginta annis. §. *item major.* 13. *eod.*

Quæ manat ab ipſo pupillo?

℞. Itidem triplex: ſumta, 1. à lite quam pupillus habet cum tutore de omnibus bonis vel here-

hereditate. §. *item propter*.4. *eod.* 2. ab inimicitiis capitalibus, quas pater pupilli cum tutore exercuit, nec reconciliatis. §. *inimicitiæ*. 11. *eod.* 3. à controverſia ſtatus à patre pupilli tutori mota. §. *item is, qui*. 12. *eod.*

Quid, ſi tutor proponat ſe patri pupilli ignotum?

℞. Non admittitur excuſatio. §. *non eſſe*. 10. *eod.*

Intra quæ tempora debent proponi excuſationes?

℞. Intra certum tempus, ſecundum loci diſtantiam; & quidem ſi intra centeſimum lapidem ab eo loco ubi eſt tutor, datus eſt, intra quinquaginta dies; ſi vero ultra centeſimum lapidem habitat; dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum ſpatium habet, ita tamen, ut non minus ſint quam quinquaginta dies. Intra quos ſi plures habet excuſationes, & de quibuſdam non probaverit; aliis uti non prohibetur. §. *qui autem*. 16. *eod.*

An & quibus modis excuſantur curatores?

℞. Eiſdem modis, quibus tutor excuſatur. *pr. eod.* Sed & curator, quod poſt tutelam ab eo geſtam invitus ad curam cogi non poteſt. §. 18. *hic.* & maritus à cura bonorum uxoris excuſare ſe poteſt. §. 19. *eod.* Sin autem curam ſuſcipiat; ſatiſdatione præſtita, adminiſtrabit: ut de tutore dictum eſt. *ſupra de ſatiſdat.*

TIT. XXVI.

De ſuſpectis tutoribus.

An non etiam aliquando inhoneſte tutela & cura deponuntur?

℞. Omnino, ob crimen ſuſpecti. *Text. pr. hic.*

Quis

Quis de eo cognoſcit?

℞. Romæ prætor; in provinciis præſides & legatus proconſulis, §.1. *hic.* Hodie omnes: quibus dandi tutores jus eſt.

Qui tutores poſſunt fieri ſuſpecti?

℞. Omnes, ſive ſint teſtamentarii, ſive non ſint; ſed alterius generis tutores. §. 2. *hic.*

Qui poſſunt ſuſpectos accuſare?

℞. Omnes, modo ſint puberes; etiam mulieres; ſed modo ex affectu pietatis. §. 3.4. *hic.*

Quis dicitur ſuſpectus?

℞. 1. Qui non ex fide ſuſpectam tutelam gerit. §. 5. *hic.* 2. Qui moribus talis eſt; ut metus ſit, ne ſuſcipiendam ex fide gerat. §. 5. *& ult. hic.*

Suntne aliæ cauſæ, ob quas quis ut ſuſpectus removetur, & gravius punitur?

℞. Sunt hæ tres: 1. Si tutor copiam ſui non faciat; ſed latitet, ne alimenta pupillo decernantur. 2. Si præſens neget, per mendacium, alimenta pupillo decerni poſſe, propter inopiam. 3. Qui, data pecunia, miniſterium tutelæ acquiſierit, vel redemerit. §. 9. §. 10. *&* §. *ſeq. eod.*

Quam alias fert pœnam remotus ſuſpectus?

℞. Siquidem ob dolum, famoſus eſt; ob culpam non æque: ut nec ſi haud expreſſa eſt remotionis cauſa; niſi doli nomine accuſatio ſit inſtituta. §. 6. *hic.*

Quomodo exſtinguitur ſuſpecti cognitio?

℞. Tutela finita; & quidem etiam, licet ſit jam ſuſcepta, ſuſpecti cognitio. §. 8. *hic.*

Finis Libri primi.

E L E-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ELEMENTORUM JURIS CIVILIS, LIBER II.

TITULUS I.

De Rerum Diviſione.

Rerum nomine quæ continentur?

℞. OMnia quæ non ſunt perſonæ. *l. 5. 6. ff. de verbor. ſignif.*

Quomodo dividuntur res?

℞. Quod ſunt 1. vel in, vel extra patrimonium noſtrum. §. 1. *hic.* 2. vel corporales, vel incorporales. *Text. ſeq. tit.*

Quotuplices ſunt extra patrimonium?

℞. Quæ extra patrimonium eſſe dicuntur, aut in nullius bonis ſunt; aut in bonis quidem ſunt, ſed univerſorum. §. 1. *hic.*

Quotuplices ſunt, quæ in nullius bonis ſunt?

℞. Vel ſunt plane juris divini, ut res ſacræ, eæque, non auctoritate privata, verum rite per pontificem Deo dicatæ. §. *ſacra.* 8. *hic.* ædes ſacræ; etiam locus diruto ædificio; donaria ad miniſterium Dei rite dedicata. Quæ proinde nec alienari nec oppignorari poſſunt, extra cauſam redimendorum captivorum. Vel ſunt quodammodo divini juris; ut res religioſæ. §. 9. *religioſæ.* §. 10. *ſanctæ. hic.*

Quæ dicuntur res religioſæ?

℞. Quæ privata voluntate piis uſibus ſunt deſtinatæ. §. 9. *eod.*

Quomodo fiunt res religioſæ?

℞. Religioſæ res, ſive locus religioſus, fiunt quando voluntate ejus, qui pleno jure dominus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

nus eſt, vel uſufructu tenus, mortuus infertur in illum locum. §. *eodem*. Et eſt quidem eatenus religioſus, quatenus corpus ejus continetur. *l.* 2. §. 5. *l.* 44. *ff. de relig. & ſumt. fun.*

Quæ res dicuntur ſanctæ?

℞. Quæ ſanctione aliqua (id eſt, pœnæ ordinatione), adverſus hominum injurias ſunt munitæ; ut leges, muri urbis, portæ. §. 10. *hic.*

Quot modis res dicuntur eſſe in bonis univerſorum?

℞. Quatenus vel jure naturali, vel gentium, vel civili, communes ſunt.

Quæ ſunt communes jure naturali?

℞. Naturali jure communes omnium ſunt aër, aqua profluens, mare, littus maris. Itaque nemo ad littus maris accedere prohibetur, dummodo à villis, munimentis, ædificiis, abſtineat, §. *& quidem.* 2. *hic.* & hæ communes in ſpecie ab Imperatore dicuntur.

Quæ jure gentium?

℞. Quæ hic publicæ in ſpecie ab Imperatore dicuntur. 1 Littorum uſus, ut cuilibet ibi caſam ponere, retia ſiccare, & è mari deducere liceat. §. *littorum. hic.* 2. Flumina omnia. 3. Portus, adeoque jus piſcandi in utriſque, §. *flumina. hic.* 4. Riparum uſus, ut naves ad eas appellere, funes arboribus ibi natis alligare, & onus aliquod in his reponere liceat, §. *riparum. eod.*

Quæ ſunt communes jure civili?

℞. Quæ in civitatibus ſunt, ut theatra, ſtadia, & ſi quæ alia ſunt communia civitatum, res univerſitatis in ſpecie ab Imperatore dictæ. § *univerſitatis. eod.*

Quæ res dicuntur in patrimonio noſtro?

℞. Quæ revera ſunt in dominio ſingulorum; ſive noſtræ, ſive nobis cum aliis communes, ſive plane aliorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quotuplici jure acquiruntur?

℞. Gentium & civili. §. 11. *eod.*

Quot modis jure gentium?

℞. Tribus; 1. occupatione. 2. acceſſione. 3. traditione.

Quas res acquirimus occupatione?

℞. 1. Feras, h. e. libere vagantes beſtias, ſive quadrupedes, ſive piſces, ſive volucres; ut apes, pavones, gallinas, anſeres, idque ſive in noſtro, ſive in alieno fundo eas capiamus. §. *feræ.* §. *illud.* §. *apium.* §. *gallinarum. eod.* 2. Eas quas ab hoſtibus capimus. §. *item ea quæ. eod.* 3. à nobis inventas. §. *item lapilli.* §. *inſula.* §. *theſaurus.* §. *hoc amplius.* 46. §. *qua ratione. eod.*

Feræ, quæ a nobis captæ, quouſque noſtræ eſſe intelliguntur?

℞. Eouſque, donec noſtra cuſtodia coërcentur: non ſi noſtram evadunt cuſtodiam, & in libertatem naturalem ſe recipiunt; tunc noſtræ eſſe deſinunt, & rurſus occupantis fiunt. §. *feræ.* 12. §. *apium.* 14. *eod.*

Quando dicuntur recipere naturalem libertatem?

℞. Cum vel oculos noſtros effugiunt, vel ita ſunt in conſpectu noſtro, ut earum difficilis ſit perſecutio. *d.* §. *feræ. in fin.*

Quid, ſi aliquæ earum ex conſuetudine abire & redire ſolent?

℞. Eouſque noſtræ eſſe intelliguntur; donec animum revertendi habent; Occupantis fiunt, cum revertendi conſuetudinem deſerunt. §. *pavonum.* 15. *eod.*

Quid juris circa anſeres, & gallinas noſtras non feras; item animalia alia manſueta?

℞. Etiamſi turbata aliquo modo evolaverint, licet conſpectum noſtrum effugerint, noſtra manent quocunque loco ſint; & qui ea detinet, lucrandi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

crandi animo, furtum committit, §. *gallinarum.* 16. *eod.*

Quas res ab hoſtibus captas nobis acquirimus?

℞. Acquirimus vel hoſtes ipſos, ut in ſervitutem noſtram deducantur; vel res ipſorum mobiles & moventes. §. 17. *hic.*

Quas res acquirimus inventione?

℞. 1. *Supra terram*, lapillos, gemmas & cætera, quæ in littore maris ſunt. §. *item lapilli. eod.* 2. Miſſilia in vulgus jacta. *d.* §. *hoc amplius.* 46. 3. Quæ pro derelictis habentur; hoc eſt, quæ ea mente à dominis abjiciuntur ut in numero rerum ſuarum eſſe nolint. §. 47. *eod.* non in tempeſtate, navis levandæ cauſa abjecta; quæque de rheda currente, non intelligentibus dominis, cadunt. §. *finali. eod. Subter terram*, theſaurum, §. 39. *eod.* In aquis, inſulam. §. 22. *& ſeq. eod.*

Quatenus acquirimus theſauros?

℞. 1. Eatenus ut in fundo noſtro inventi noſtri fiant, 2. In loco ſacro, vel religioſo caſu inventi ſimiliter. 3. In loco alieno, caſu quidem inventi nobis acquirantur ex parte dimidia, & inventori & domino fundi æqualiter. §. *theſauros. eod.* minime ſi inventi data opera.

Quid juris circa inſulam?

℞. 1. Nata in mari fit occupantis; In flumine nata, ſi quidem mediam fluminis partem tenet, pro latitudine cujuſque fundi, qui prope ripam eſt, communis eſt eorum, qui ab utraque fluminis parte, prope ripam, prædia poſſident. 2. alterutri parti proximior eorum eſt tantum, qui prope ripam prædia poſſident. 3. ſi flumen aliqua parte diviſum, deinde infra unitum, alicujus agrum in formam inſulæ redegit: ejus cujus fuerat manet. §. *inſula. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quid juris circa alveum?

℞. Cum naturali alveo derelicto in univerſum flumen ad aliam partem fluere cœpit, is alveus eorum eſt qui prope ripam ejus prædia poſſident; itidem pro latitudine cujuſque agri qui prope ripam eſt. 2. Flumine ad priorem alveum reverſo, novus alveus eorum eſſe incipit, qui prope ripam prædia poſſident. §. *quod ſi.* 23. *eod.*

Quid juris circa inundationem?

℞. Cum ea ſpeciem fundi non mutet; recedente aqua, ejus permanet ager, cujus fuerat. §. *alia ſane.* 24. *eod.*

Quomodo acquirimus acceſſione?

℞. Quædam acquirimus abſque hominis facto; alia non niſi hominis facto accedente.

Quæ acquirimus acceſſione, hominis abſque facto?

℞. Partus animalium dominio noſtro ſubjectorum. §. *item quæ ex animalibus.* 12. *eod.* Item quæ alluvione nobis tribuuntur. §. 20. *eod.* Non ſi vis fluminis, de prædio noſtro parte detracta, eam vicini prædio attulerit. Nempe ea prioris domini manet. Niſi longiore tempore ei hæſerit; & arbores quas ſecum traxit, in eum radices egerint. §. *quod ſi.* 21. *eod.*

Quomodo fit alluvio?

℞. Cum agro noſtro flumen, non vi, ſed ita aliquid paulatim adjicit, ut intelligi non poſſit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur. §. *propterea.* 20. *verſ. per alluvionem. eod.*

Acceſſio, quæ requirit hominis factum, quotuplex eſt?

℞. Ea fit aut rei mobili, aut immobili.

Quomodo acquirimus acceſſione rei mobili?

℞. Quatuor modis. 1. Specificatione. 2. Adjectione. 3. Confuſione. 4. Commixtione.

Quæ

Quæ eſt ſpecificatio, per quam acquirimus?

℞. Ea fit cum ex materia prorſus aliena, ſive partim noſtra, partim aliena, ſpeciem aliquam facimus, quæ ad priorem materiam reduci non poteſt; ut vinum, oleum, frumentum, ex alienis uvis, olivis, vel ſpicis. Minime vero cum res ad priorem materiam reduci poteſt, quia tunc domino materiæ cedit. §. *cum ex aliena*. 25. *eod.*

Quæ eſt adjectio, per quam acquirimus?

℞. 1. Cum rei noſtræ quid alienum adjicitur. Veluti cum aliena purpura veſtimento noſtro intexitur. Tunc enim acceſſionis jure veſtimento noſtro cedit. §. *ſi tamen*. 26. *eod.* 2. Cum in chartis noſtris aliquid bona fide ſcribitur, id ita chartæ cedit, ſiquidem impenſas ſcripturæ dominus chartæ ſolvit ei qui bona fide chartæ poſſeſſionem nactus eſt. §. *literæ*. 33. *eod.*

An circa picturam idem jus?

℞. Non, ſed placet tabulam cedere picturæ. §. *ſi quis*. 34. *eod.*

Quæ eſt confuſio, per quam acquirimus?

℞. Cum duorum materiæ, vel ejuſdem generis, vel diverſæ, voluntate dominorum, aut fortuito, ita confunduntur, ut facta confuſione non permaneant corpora in ſua ſubſtantia: Puta tunc materiæ communicantur: Veluti, ſi qui vina ſua confuderint, vel vinum cum melle. §. *ſi duarum*. 27. *eod.*

Quæ eſt commixtio, per quam acquirimus?

℞. Cum duorum materiæ voluntate dominorum ita commiſcentur, ut ſingula corpora priorem ſubſtantiam retineant; veluti cum frumentum meum mixtum fuerit frumento Titii: fit enim & tunc frumentum commune. Secus, ſi caſu vel ſine voluntate noſtra commixtum eſt. §. *quod ſi frumentum*. 28. *eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quot modis fit acceſſio rei immobili?

℞. 1. Plantatione. 2. Satione. 3. Ædificatione. 4. Fructuum perceptione. 5. Conſumtione.

Quomodo plantatione?

℞. Cum aliena planta in ſolo noſtro poſita radices in eo egit. At ſolo ita cedit, ut dominus fundi teneatur plantationis impenſas, ei, qui bona fide in alieno ſolo plantaverit, ſolvere. §. *ſi Titius*. 31. *eod.*

Quomodo ſatione?

℞. Qua ratione plantæ, eâdem frumenta ſata ſolo cedere intelliguntur. Sed non minus dominus ſationis impenſas bonâ fide factas à domino ſoli petere poteſt. §. *qua ratione*. 32. *eod.*

Quomodo ædificatione?

℞. Bifariam; vel cum ipſi in noſtro ſolo ex aliena materia domum ædificavimus. At tum ædificium ſolò quidem cedit, ſed duplum domino materiæ ædificans, per actionem de tigno juncto præſtare debet. Vel cum alius in noſtro ſolo, ex ſua materia ædificat. Quo caſu ſi id fecit mala fide, noſtra fit domus, & materiæ proprietatem dominus ejuſdem amittit; Si id bona fide fecit, pretium materiæ & mercedem fabrorum petit. §. *cum in ſuo*. 29. §. *ex diverſo*. 30. *eod.*

Quomodo fructuum perceptione?

℞. Sic acquirunt, qui non aliter fructus ſuos faciunt, quam ſi eos perceperint; puta uſufructuarius; qui licet maturis fructibus decedens, eos ad hæredes non tranſmittit, niſi perceptos, ſed domino proprietatis acquiruntur. 2. Colonus, de quo eadem fere dicuntur. §. 10. *vero*. 36. *eod. Fere dico. Quia ſuos facit etiam ab alio, licet non ſuo nomine, perceptos, ac etiam pendentes. ac ad hæredes tranſmittit.*

Quomodo conſumtione?

℞. Si is acquirit, qui à non domino vel quem domi-

dominum eſſe credebat, bona fide, fundum emerit, vel ex donatione, aliave qualibet juſta cauſa, bona fide, acceperit. Puta quod licet fructus quos percepit ipſius ſint pro cultura & cura; naturali ratione tamen non aliter ipſius fiant, quam ſi eos conſumſerint. Quod rei malæ fidei poſſeſſor una cum fundo cogatur reſtituere. §. *ſi quis à non domino. eod.*

Quid eſt traditio?

℞. Eſt rei noſtræ, quoad dominium, in alium tranſlatio.

Quotuplex ſtatuitur?

℞. Vel *vera*, quæ fit de manu in manum, & eſt proprie rei corporalis. Vel *ficta*; quæ eſt rei incorporalis, & magis affectu fit, quam corpore. Puta vel 1. *Patientia*, cum quis rem ſuam uno titulo penes aliquem exſiſtentem, puta commodati, patitur alio titulo, puta emptionis, tanquam propriam habere. 2. *Symbolo*, puta traditione clavium, vel cellæ vinariæ, inſtrumentorum proprietatis rei venditæ, trabium emptarum ſignatione. 3. *Monſtratione*; puta cum fundus venditus oculis emptoris ſubjicitur. §. 40. §. 44. *&* §. *ſeq. hic.*

Qui traditione acquirunt dominium;
& quando?

℞. 1. Omnes: Nempe ſi quidem tradens ſit rei dominus. *l.* 20. *ff. hic.* 2. Ipſa traditio fiat animo dominii transferendi. §. 49. *hic.* 3. Adſit juſtus titulus. *l.* 31. *ff. eod.* & ſpeciatim in emptione & venditione, vel pretium ſolutum ſit: vel de eo fides habita. §. 41. *hic.* 4. Rei traditæ acceptatio. Perſona in quam fit traditio, ut certa ſit non requiritur præciſe. Quippe fieri poteſt in vulgus per miſſilium jactum. §. 45. *eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. II.

De rebus corporalibus & incorporalibus.

Quæ eſt altera rerum Diviſio?

℞. Secunda principalis diviſio, generalis plane, & Juriſconſultis cum Philoſophis communis, eſt qua res dicuntur corporales, vel incorporales. *Text. hic.*

Quæ dicuntur corporales?

℞. Quæ ſua natura tangi poſſunt. Veluti fundus, homo, veſtis, aurum, &c. *Text. eod.*

Quæ incorporales?

℞. Quæ tangi non poſſunt: Qualia ſunt, quæ in jure conſiſtunt. h. e. jura. Puta hæreditas (pro ſucceſſione accepta), obligatio, quoquo modo contracta, ſervitutes, &c.

Quotuplices ſunt res incorporales?

℞. Vel univerſales, ut hæreditas; vel ſingulares, ut ſervitus.

TIT. III.

De ſervitutibus prædiorum.

Cum ſervitutem retuleris ſupra libro primo ad jus perſonarum; quomodo hic eam refers ad jus rerum?

℞. Quatenus hic non eſt talis ſervitus, qua perſona perſonæ ſervit, qualis erat prior: ſed ad iſtius exemplum in rebus conſtituta.

Quomodo ergo definitur hic ſervitus in genere?

℞. Eſt jus in re aliena conſtitutum, quo ipſa, præter naturam, vel rei alterius, vel perſonæ, ad uſum inſervit. *l.* 15. *§. fin. ff. de ſervit.*

Quotuplex eſt ſervitus?

℞. Eſt vel realis, ſeu prædialis, qua res rei, vel præ-

prædium prædio ſervit; vel perſonalis, qua res ſervit perſonæ, ut fundus uſufructuario. §. 4. *hic. l.* 1. *ff. de ſervitut.*

Quomodo ſubdividuntur reales?

℞. In ruſticas & urbanas. *pr. & §. hic.*

Quomodo diſtinguuntur prædia?

℞. In ruſtica & urbana; diſtinctione non à prædii loco, ſed ab uſu ſumta. §. 1. *hic.*

Quas ſervitutes ruſticorum prædiorum recenſet Imperator?

℞. Iter, actum, viam, aquæ ductum, aquæ hauſtum, pecoris ad aquam appulſum, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. *pr. &* §. 2. *eod.*

Quid eſt iter?

℞. Eſt jus eundi pedibus, equo, ſella, lectica; item ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi ad vehiculum, per fundum alienum. *Text. pr. hic.*

Quid eſt actus?

℞. Jus agendi jumentum vel vehiculum. *Text. hic. d. princ.*

Quid eſt via?

℞. Eſt jus eundi, & agendi, & ambulandi. Nam & iter & actum via in ſe continet. *d. pr.*

Quid eſt aquaductus?

℞. Eſt jus aquæ ducendæ fiſtula aut rivo, per fundum alienum; ſive id fiat ex aqua publica, ſive privata; & quidem quatenus fundo dominanti opus eſt. *Text. hic. pr. & l.* 33. §. 1. *ff. eod.*

Quid eſt aquæ hauſtus?

℞. Jus hauriendi aquam ex flumine, fundo, vel puteo privato, alieno. *l.* 3. §. 3. *ff. hic.*

Quid pecoris ad aquam appulſus?

℞. Jus pecus ſuum, ad flumen, fontem, puteum, privatum, alienum, ut ex eo bibat, agendi. *Cæpol. de ſervit. ruſt. præd. c.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quid jus paſcendi?

℞. Ut pecora noſtra in agro alieno paſcere liceat. *l. 3. pr. & l. 4. ff. eod.*

Quid calcis coquendæ?

℞. Quod in alieno prædio, ad mei prædii utilitatem, calcem coquere poſſum. *l. 6. §. 1. ff. eod.*

Quid jus arenæ fodiendæ?

℞. Ut in fundo vicino mihi liceat arenam fodere, ad prædii mei ſive ruſtici, ſive urbani, utilitatem. *l. 6. ff. eod.*

Quotuplices ſunt ſervitutes urbanorum prædiorum?

℞. Duplices: affirmativæ, ſive confeſſoriæ; & negativæ, ſeu negatoriæ.

Da exempla affirmativarum, ſeu confeſſoriarum?

℞. Ut vicinus onera vicini ſuſtineat: ut in parietem vicini liceat vicino tignum immittere; ut vicinus in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam ſtillicidium, vel flumen recipiat. §. 1. *hic.*

Da negativarum, ſeu negatoriarum?

℞. Ne altius quis tollat ædes ſuas, ne luminibus vicini officiat. §. *eod.*

Quibus modis conſtituuntur ſervitutes reales?

℞. 1. Pactionibus. 2. ſtipulationibus. 3. teſtamento. §. 4. *hic.*

Quomodo exſtinguitur ſervitus realis?

℞. Varie. 1. confuſione prædii dominantis, & ſervientis, ſive in totum, ſive ex parte; pro confuſionis ratione. *l. 1. ff. quem. ſerv. amitt.* 2. Remiſſione, verbis, aut factis, declarata. *arg. l. 14. §. 1. de ſerv.* 3. Non utendo plane loco ſervientе. *l. pen. C. eod.* Nec (ſaltem non jure ſervitutis) longo tempore, id eſt, ſpatio integro, decem vel viginti annorum, pro præſentia, vel abſentia,

ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ejus, cujus prædio ſervitus debetur; idque vel ſimpliciter, ſervitutum ruſticarum ratione; vel urbanarum, ſi quidem libertatis acceſſerit uſucapio. *Schneid. hic.* §. 4. *n.* 26. *& ſeq.* 4. Conditionis exiſtentia, in ſervitute in legato fundo ſub conditione conſtituta ab hærede. *l.* 8. *ff. quemad. ſerv. amitt.* 5. Conceſſione actus ſervituti contrarii. *l.* 11. §. 1. *ff. eod.* Denique rei ſervitutem debentis interitu; puta loco viæ, impetu fluminis forte, amiſſo. *l.* 14. *ff. Weſ. hic. variant tamen Dd.*

TIT. IV.

De uſufructu.

Quæ dicuntuntur ſervitutes perſonales?

℞. Quæ perſonæ debentur, & ea mortua exſtinguuntur.

Quot ſunt ſpecies ſervitutum perſonalium?

℞. Tres, uſusfructus, uſus, & habitatio.

Quid eſt uſusfructus?

℞. Jus alienis rebus utendi fruendi ſalva earum ſubſtantia. *princ. hic.*

In quibus rebus conſtituitur uſusfructus?

℞. Proprie in rebus quæ uſu non conſumuntur: fundo, ædibus, jumentis, ſervis, &c. Improprie in aliis, quæ uſu conſumuntur. §. 2. *hic.* Unde etiam duæ uſusfructus ſpecies; verus, & quaſi (quæ vox imperfectionem notat) uſusfructus. *ibid.*

Quomodo conſtituitur uſusfructus?

℞. Variis modis quidem conſtituitur. Sed hic pro initiis modo attendendi modi, quibus conſtituuntur ab ipſis rerum dominis.

Qui ſunt illi?

℞. A rerum dominis conſtituitur uſusfructus verus vel contractu inter vivos, vel ultima vo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

luntate. Quaſi uſusfructus, ultima voluntate tantum. §. 1. *de uſufruct. & tot. tit. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſum.*

Quis eſt effectus conſtituti uſusfructus?

℞. Perceptio omnium fructuum & emolumentorum ex re uſufructuaria. Sed ea non niſi percepta vel ab ipſo fructuario, vel ab alio ejus nomine uſufructuarii fiunt. *l.* 14. *l.* 24. & 27. *ff. hic.*

An in uſufructu corporum viventium, puta ancillarum, pecudum, fœtus ſemper eſt in fructu?

℞. Non ſemper. Ancillarum partus non eſt in fructu, ſed pertinet ad dominum proprietatis. §. *is vero. ff. Inſt. de rer. diviſ.* In pecudum fructu eſt fœtus, lac, pilus, lana.

An perceptio fructuum ex re uſufructuaria tantum eſt effectus conſtituti uſusfructus?

℞. Imo vero uſufructuarium etiam ſequuntur onera. Nempe cavere debet ſe uſurum re uſufructuaria boni viri arbitratu, ſicut bonus paterfamilias. §. *is vero. hic.* & finito uſufructu eam ſe reſtituturum. §. *ſed utilitatis. Inſt. eod. tit. ff. uſufr. quem. caveat.*

Quid inde ſequitur?

℞. In uſufructu pecudum, quod in locum demortuorum capitum, in uſufructu vinearum, arborum, quod itidem in locum demortuarum, alias debet ſubſtituere. *d.* §. *is vero.*

Quibus modis amittitur, vel finitur?

℞. Varie, à parte uſufructuarii, 1. ejus morte. 2. maxima & media capitis diminutione. 3. non utendo longo tempore, ſi acquirat rei proprietatem, vel uſumfructum domino ipſi cedat. 4. Rei interitu. §. 1. & §. 3. *hic.*

Quis effectus finiti uſusfructus?

℞. Si totus finitur, revertitur ad proprietatem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

tem, & acquirit dominus rei plenum dominium: & pro parte finitus accreſcit ei, cui uſusfructus alterius partis fuit legatus. *l.* 3. §. 2. *ff. de uſufruct. accreſcendo.*

TIT. V.

De uſu & habitatione.

Quid eſt uſus?

℞. Eſt Ius alienis rebus utendi, non fruendi, ad uſum quotidianum duntaxat, ſalva earum ſubſtantia. §. 1. *hic.*

Quibus exemplis ſervitutem uſus explicat Imperator?

℞. Quatuor: 1. *Fundi*; cujus qui nudum habet uſum, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, & lignis, ad uſum quotidianum, utatur, & in eo fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi moleſtus ſit, neque iis per quos opera ruſtica fiunt, impedimento; nec ulli jus quod habet aut locare, aut vendere, aut gratis concedere poteſt. §. 1. *hic.* 2. *Ædium* quarum qui nudum uſum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipſe tantum cum uxore liberiſque ſuis, item libertis; nec non perſonis aliis liberis, quibus non minus quam ſervis utitur, inhabitet; nec hoc jus ad alium transferre poteſt, & vix receptum eſſe videtur, ut hoſpitem ei recipere liceat. §. *item is qui. eod.* 3. *Servi* aut *jumenti*; in quibus uſuarius nihil amplius juris habet, quàm ut operâ & miniſterio eorum uti poſſit; nec jus ſuum ad alium transfert. §. *item is ad quem. eod.* 4. *Pecorum*, & *ovium*; quibus uſuarius duntaxat utitur ad ſtercorandum agrum; nec lacte, neque agnis, neque lana utitur. §. *ſed & ſi. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quomodo conſtituitur & amittitur, ſeu finitur ſervitus uſus?

℞. Iiſdem modis, quibus uſusfructus. *d.* §. 1.

Quid eſt habitatio?

℞. Jus habitandi in aliena domo, ſalva ejus ſubſtantia. §. *ſed ſi cui. eod.*

Quomodo conſtituitur?

℞. Teſtamento, vel alio modo.

Quid differt ab uſu ædium?

℞. Quod habitationem habens ædes alteri poſſit locare; non poſſit ædium modo habens uſum. §. 2. *eod.*

TIT. VI.

De uſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus.

Quotuplices ſunt modi, quibus res acquiruntur jure civili?

℞. Acquiruntur vel per ſingularitatem, vel per univerſitatem.

Quot modis acquiruntur res per ſingularitatem?

℞. 1. Uſucapione. 2. donatione. 3. jure accreſcendi.

Quid eſt uſucapio?

℞. Acquiſitio, ſeu adjectio, dominii per continuationem poſſeſſionis, temporis lege definiti. *l.* 3. *ff. h. t.*

Quomodo acquiritur dominium uſucapione?

℞. Cum bona fide & juſto titulo rem, ad uſucapiendum aptam, ipſi vel jure noſtro, vel jure ceſſo, continue poſſidemus, ſecundum tempus à lege definitum.

Quales res poſſunt uſucapi?

℞. Omnis generis, ſive corporales, eæque mobiles vel immobiles; ſive incorporales, ſive jura. *princ. hic.*

Quæ

Quæ requiruntur in uſucapione?

℞. 1. Res ad uſucapiendum apta. §. 1. *hic.* 2. Ejus poſſeſſio, ſed juſta, continua per tempus lege definitum. §. *diutina. hic.*

Quæ res ſunt aptæ ad uſucapionem?

℞. 1. Quæ eſſe poſſunt in noſtro commercio. §. *ſed aliquando.* 2. Quæ in ſe nullum habet vitium. §. *noviſſimo. &* §. *furtiva. hic.*

Da exempla rerum ad uſucapionem ineptarum?

℞. Exempla ſunt liber homo, res ſacra & religioſa, ſervus fugitivus, etiam bona fide poſſeſſus; res fiſci, quas ab extraneo accepimus. Item res furtivæ & vi poſſeſſæ, licet ab alio ſint longo tempore, & bona fide poſſeſſæ. §. *ſed tamen. hic.* Niſi poſſeſſor rem bona fide acceperit ab eo, qui ſe dominum ejus credebat, atque inde in vitium furti non ceciderit. §. *furtivæ quoque res. eod.* vel res in poteſtatem domini fuerint reverſæ. §. *aliquando. eod.*

Cur dicis civilem requiri poſſeſſionem in uſucapione?

℞. 1. Quia *talis* requiritur *poſſeſſio*, qua res poſſidetur animo domini. *c. ſine poſſeſſione. de R.I. in 6.* 2. Juſtus titulus, ſeu cauſa poſſidendi, ad transferendum dominium apta, ut emtio, donatio, ſucceſſio, aliæque enumeratæ. *tot. tit. ff. de uſucap. & ſeq.* 3. Bona fides, ſed jure civili ab initio tantum. *l. 2. hic. & penult.* 1. jure canonico ſemper. *C. poſſeſſor. 2. de R. I. in 6.*

Qualis requiritur poſſeſſionis continuatio?

℞. Non præciſe talis, ut ſemper continua rei ejuſdem poſſeſſio maneat penes unum; ſed ſufficit, ſi poſſeſſio ab uno ad alterum legitime continuetur. §. 7. *hic.*

Quale tempus requiritur?

℞. Varium fuit. Primis temporibus res mobilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

bilis anno, immobilis biennio in Italico ſolo uſucapiebatur; poſtea ſtatutum, ut res mobiles triennio, immobiles inter præſentes decennio, inter abſentes vicennio, uſucaperentur. §. 1. *hic.* Niſi poſſeſſor à fiſco rem habuerit: qui ſtatim ſecurus eſt. §. *edicto. eod.*

TIT. VII.

De Donationibus.

Quid eſt donatio?

℟. In genere eſt liberalitas, quæ nullo jure cogente, ex ſola animi liberalitate, alteri conceditur. *l.* 1. *&* 2. *ff. de Donat.*

Quotuplex eſt?

℟. Vel *propria*; quæ eſt ſimplex, nullam habens cauſam, modum, vel conditionem. Vel *impropria*, quæ cum liberalitate, cauſam, modum, & conditionem habet adjunctam. *Godæus in legem* 194. *ff. eod.* 8.

De qua donationis ſpecie agit Imperator?

℟. De impropria.

Quot ejus recenſet ſpecies?

℟. Duas: 1. Donationem mortis cauſa, 2. Non mortis cauſa. *Pr. hic.*

Quid eſt donatio mortis cauſa?

℟. Non ea, quæ præciſe fit à moriente; ſed quæ (quamvis à ſano) fit propter mortis ſuſpicionem; ita ut ob eam ſe donare exprimat. §. 1. *hic.*

Quot ejus ſunt ſpecies?

℟. Tres: 1. Quæ non metu imminentis mortis; ſed extra periculum, ſola mortis fit cogitatione; non ſtatim, ſed poſt mortem modo effectum habitura. 2. Quæ eàdem fit conditione à conſtituto in periculo mortis. 3. Quæ ita fit metu mortis & periculi, ut res donata ſtatim quidem

dem fiat accipientis;ſed poſt evitatum periculum repetenda. §. *eod.*

In quibus conveniunt legata cum hac donatione?

℞. 1. Quod iiſdem, ut dictum, legatur, quibus morte donatur. *l.9. ff. hic.* 2. Utrobique idem teſtium numerus requiritur. *l. fin. C. eod.* 3. Per pœnitentiam revocatio locum habet. §. 1. *hic.* 4. Quod ut legata, ſic donatio hæc per Falcidiam minuitur. *l. 27. ff. hic.* 5. Quod donatario ante donatorem moriente irritatur plane, ut legatum legatario moriente ante teſtatorem. §. 1. *hic.*

In quibus differunt?

℞. 1. Legari poteſt abſenti; mortis cauſa donari tantum præſenti. Niſi id fiat per procuratorem. *l. 38. ff. hic.* 2. Legatum ab hærede præſtatur, donatio incipit à donantis traditione. §. 1, *infra de legatis.*

Quotuplex eſt donatio non mortis cauſa?

℞. Illius donationis plures ſunt ſpecies, pro conditionum, vel cauſarum, ſub quibus fiunt, ratione. Præcipue ſunt remuneratoriæ, & quæ fiunt mortis cauſa. *Clar.* §. *donatio.* 42.

Quæ earum natura?

℞. Quod, ubi ſemel fuerint perfectæ, temere revocari non poſſint. §. 2. *hic.* Cum donatio mortis cauſa, tanquam ultimæ voluntatis (quæ ambulatoria eſt) ſpecies, quandoque revocari poſſit.

Quomodo perficiuntur?

℞. Cum donator ſuam voluntatem ſcriptis aut ſine ſcriptis manifeſtaverit. §. 2. *hic.*

An non egent inſinuatione?

℞. Omnino quidem ex principum conſtitutionibus, ſi majores eſſent ducentorum ſolidorum; quam quantitatem Imperator ampliavit uſque ad quingentos ſolidos. §. 2. *hic.*

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

An, ſi ultra quingentos ſolidos donetur, donatio plane eſt inutilis?

℟. In eo tantum quod excedit. *l.* 34. §. 1. & 35. §. *ult. C. h. t.*

An nullis caſibus revocari poſſunt?

℟. Omnino revocantur per ingratitudinem donatariorum. §. 2. *verſ. ſciendum. hic.*

Quam ſpeciem donationis hic tractat Imperator?

℟. Donationem propter, ſeu ante nuptias.

Qualis donatio huic accenſeri poteſt?

℟. Dos.

Quid eſt dos?

℟. Eſt jus quod marito à muliere, vel ab alio pro ea, conſtituitur, ad ſuſtinenda matrimonii onera. *l.* 3. *ff. de I. D.*

Quid eſt donatio propter ſeu ante nuptias?

℟. Eſt actus quo maritus ipſe, vel alius ejus nomine, res mobiles vel immobiles aliaſve propter dotem vel nuptiarum affectionem, mulieri confert.

In quibus conveniunt, & differunt, dos & donatio?

℟. In pleriſque conveniunt; differunt in eo, quod maritus durante matrimonio lucratur fructus dotis, non uxor fructus donationis propter nuptias. *l.* 7. *ff. de jur. dot.*

Quis eſt tertius modus acquirendi dominii juris civilis ab Imperatore poſitus?

℟. Per Ius accreſcendi; ſed ſublatus ab Imperatore; hic quidem in ſpecie explicatus, ſed nobis, ob ſervos è Chriſtiana Rep. exulantes, non attendendus.

An non pro eo hodie aliud jus accreſcendi in ultimis voluntatibus obtinet?

℟. Omnino, quando duobus in eodem jure ſucceſſionis exſiſtentibus, unius non petentis,

ſeu non concurrentis, vel concurrere deſinentis, portio alteri petenti concurrenti accreſcit. *tit. ff. de uſufr. accreſc.* De quo infra ſub tit. de legatis.

TIT. VIII.

Quibus alienare licet, vel non licet.

Cum libera rerum noſtrarum alienatio ſit dominii effectus; dic, an ea omnibus dominis ſit permiſſa, & ſolis?

℟. Minime.

Cur dicis non omnibus dominis eam concedi?

℟. Quia Imperator hic dominorum talium duo proponit exempla. 1. *Mariti*, qui, licet conſtante matrimonio, conſtituatur rei dotalis dominus; fundum tamen dotalem, etiam conſentiente muliere, nec vendere poteſt, nec oppignorare. *Pr. hic.* 2. *Pupilli*, & *Minoris*. §. 2.

Cur dicis non ſolis dominis permiſſam rerum ſuarum alienationem?

℟. Quia creditor habet poteſtatem rem ſibi oppignoratam alienandi. §. 1. 2. Item tutores res pupilli; curatores res minoris, &c. Sed utriſque certis legibus jure definitis, iſta poteſtas facta. §. 2. *hic. & l. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tut. & cura.*

Quatenus jus alienandi habet creditor?

℟. Habet id jus, debitore in mora exiſtente. Sed juxta leges conventionis, ſi nihil conventum; poſt unam denunciationem debitori teſtato factam, & inde exſpectatum biennium. Si convenit de pignore non diſtrahendo; poſt trinam denunciationem cum curſu biennii, fiet condemnatio à judice, petente creditore, de pignore diſtrahendo. §. 1. *hic. l. 64. ff. de pig. diſtrah.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quatenus res pupilli aut minoris, à tutore aut curatore poſſunt alienari?

℞. Res mobiles quæ ſervando ſervari non poſſunt, libere ab iis alienantur: mobiles, quæ ſervari poſſunt, vel immobiles non niſi ex juſta cauſa; puta æris alieni à pupillo debiti, quod aliter diſſolvi non poſſit, aut pupillus aliunde ali non poſſit, & magiſtratus adſit cognitio & decretum. *l. ff. de reb. eor. qui ſub tut. & cura.*

TIT. IX.

Per quas perſonas nobis acquiritur.

Per quas perſonas nobis acquiritur dominium?

℞. Non, ſolum per nos ipſos, ſed etiam 1. Per eas perſonas, quas in poteſtate habemus, ſive liberos, ſive ſervos noſtros. 2. Per ſervos alienos, in quibus uſumfructum habemus. 3. Per liberos homines vel ſervos, quos bonâ fide poſſidemus. 4. Per perſonam extraneam. *princ. hic.*

Quomodo acquirimus per liberos noſtros, quos in poteſtate habemus?

℞. Per liberos quos in poteſtate habemus, acquirimus hodie in totum, quod ex re noſtra eis obvenit. Quæ ex cauſa tam armatæ, quam togatæ militiæ obveniunt filio, totum ſibi acquirit. In cæteris, hoc eſt, quæ ex alia obveniunt cauſſa, filius ſibi proprietatem, pater uſumfructum acquirit. §. 1. *hic.*

Quid, ſi pater filium emancipet?

℞. Ex Imperatoris conſtitutione, manente penes filium bonorum, quæ ei obvenere, proprietate, partem tantum dimidiam uſusfructus eorundem retinet pater. §. 2. *hic.*

Quo-

Quomodo acquirimus per ſervos?

℞. Per ſervos, quos pleno dominio poſſidemus, quicquid ex traditione ab aliis naniſcuntur, acquirimus, etiam ignorantes & inviti. §. 3. *hic.* Etiam hæreditatem; ſed non niſi noſtro juſſu aditam. *ibid. & l. 25. §. juſſum. ff. de acq. hær.* Per eos in quibus tantum uſumfructum habemus, acquirimus modo id quod ex re noſtra vel opera ſua acquirunt: Per eos in quibus uſum tantum habemus, id quod ex re uſuaria conſequuntur. Quoad liberum hominem, vel ſervum, quem bona fide poſſidemus, idem jus eſt quod circa ſervum uſufructuarium. Extra illas cauſas liber ſibi; ſervus domino acquirit. Niſi bonæ fidei poſſeſſor, ſervum uſuceperit. §. 4. *verſ. ſed. eod.*

Quid, & quatenus acquirimus per præcedentes perſonas?

℞. Non proprietatem modo, ſed & poſſeſſionem; per liberos quidem noſtros & ſervos proprios omnino: per cæteras perſonas, quatenus poſſeſſionem ex re noſtra vel operis ſuis adepti ſunt. §. 3. & 4.

Per quam extraneam perſonam poſſumus acquirere?

℞. Per ſolum procuratorem. Citra illum enim valet regula, Per extraneam perſonam, nobis nihil acquiri poſſe.

Quid acquirimus per procuratorem?

℞. Poſſeſſionem; & dominium quidem; ſed eatenus tantum, quatenus poſſeſſionem ſequitur, noſtro nomine procuratori traditam, & nobis acquiſitam. §. *pen. hic.*

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. X.

De teſtamentis ordinandis.

Quid eſt Hæreditas?

℞. Nihil aliud quam ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus tempore mortis habuit. *l.* 63. *ff. de R. I.*

Quot modis defertur?

℞. Vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.

Unde dicitur teſtamentum?

℞. Ex eo, quod ſit teſtatio mentis. *princ. hic.*

Quomodo definitur?

℞. Quod ſit voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo quod quis de bonis ſuis poſt mortem ſuam fieri velit; cum directa hæredis inſtitutione. *l.* 1. *ff. qui fac. poſſ. teſt.*

Quotuplex eſt teſtamentum?

℞. 1. Vel *perfectum*; quod directam hæredis inſtitutionem continet, modo definitum; vel *imperfectum*, quod habet, citra eam, ordinationes alias; ut Codicillus.

Teſtamentum perfectum quotuplex jure novo?

℞. Vel ſcriptum, vel nuncupativum. §. *fin. hic.*

Quod eſt ſollemne ſcriptum teſtamentum?

℞. Voluntas ultima, quam teſtator, coram ſeptem teſtibus, ad id ſpecialiter rogatis proponit in ſcriptis; ſive ea manu propria teſtatoris ſcripta & ſignata, ſive ab alio ſcripta, modo ſignata à teſtatore ſit, cum certa ſolennitatum ordinatione. §. 4. *hic.*

In quibus conſiſtunt ſolennitates in teſtamento ſcripto conſiderandæ?

℞. 1. Ut inſtituatur hæres. 2. adhibeantur ſeptem teſtes; iique ſpecialiter rogati. 3. præſentem teſtatorem videant. 4. non detineantur in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

inviti. 5. Voluntas teſtatoris, vel ab ipſo in ſcripturam redigatur, vel, ab alio ſcripta, ipſius manu, vel, ſi literas ignorat, ipſius nomine ab octavo teſte. 6. eaque teſtibus à teſtatore, declarante ea ſuam voluntatem contineri, oſtendatur. 7. ſinguli teſtes pro ſe ſubſcribant & obſignent, ſive ſuis, ſive alienis annulis. 8. omnia fiant uno contextu, id eſt, nullo alieno extraneo actu interveniente. Niſi forte ex naturæ neceſſitate. §. 4. *hic.*

Qui ſunt hic idonei teſtes?

℞. Tales, quibuſcum eſt teſtamenti factio, §. 6. *hic.* Sed mares, homines liberi puberes, etiam ex eadem domo plures. §. 8. *eod.* Imo & legatarii, fideicommiſſarii, iiſque conjuncti, in poteſtate exſiſtentes. Minime hæres inſtitutus, mulier, ſervus, furioſus, impubes, mutus, ſurdus, prodigus, inteſtabilis. §. 6. 7. 8. 9. 10. *hic.*

Quo tempore conſideranda teſtium conditio?

℞. Signati teſtamenti. Niſi is qui opinione communi liber habebatur, ſignaverit, cum revera ſervili conditione eſſet. *Quod ob iſtam communem opinionem teſtamentum ſuſtineatur.* §. 7. *hic.*

Quid eſt teſtamentum nuncupativum?

℞. Quod fit à teſtatore coram ſeptem teſtibus, rogatis, præſentibus, & vocem ejus exaudientibus, palam voluntatem ſuam nuncupante, & integrum uno contextu teſtante; ſive ſcriptura interveniat (ſed probationis, non ſolennitatis ergo); ſive non. §. *ult. hic.*

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. XI.

De militari teſtamento.

Quot Exempla privilegiati teſtamenti recenſet Imperator?

℞. Sunt quidem plura: puta 1. militare. 2. inter liberos. 3. ad pias cauſas. 4. ruſtici. 5. oblatum principi. 6. factum apud acta judicis. 7. factum tempore peſtis. 8. ex jure canonico factum coram presbytero à parochiano. At Imperator ſolius militaris facit mentionem.

Quod eſt militare teſtamentum?

℞. Eſt teſtamentum juſtum à milite in expeditione, vel acie conſtituto; omiſſis vel omnibus, vel aliquibus teſtamentorum ſolennitatibus, ita factum: ut tamen de ejus voluntate conſtet. *princ.* §. 1. *hic.*

Quæ ſolennitates teſtandi militi ſunt remiſſæ?

℞. Generaliter eæ, quæ in ordinatione teſtamentorum jure civili ſunt obſervandæ: idque quoad ipſam teſtationem vel teſtium adhibitionem, ita ut quomodo velit teſtari poſſit; modo de ipſius voluntate conſtare poſſit. *princ.* & §. *plane. hic.*

Quomodo conſtare poteſt de ejus voluntate?

℞. Vel *ſcriptura*, quavis in vagina aut clypeo ſanguine, aut in pulvere gladio notata, in extremo vitæ; modo intelligatur, & militis teſtantis eſſe apparuerit. §. 1. *hic.* vel *ſine ſcriptura*, convocatis teſtibus ſaltem duobus, qui, licet non ſint rogati, affirment militi vere fuiſſe teſtandi voluntatem, & id quidem in acie: non ſi forte extra eam in conviviis, aut jocoſe aliquem ab eo hæredem dictum teſtentur. §. 1. *hic.*

Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ubi debet miles teſtari, ut hoc privilegio gaudeat?

℞. In caſtris, & in expeditione occupatus; non extra caſtra, & citra expeditionis neceſſitatem in aliis locis exſiſtens. *Pr. & §. 1. hic.*

An in expeditione verſans hoc remiſſarum ſolennitatum privilegio pariter gaudet?

℞. Ita gaudet privilegiis iſtis, ut extra congreſſum hoſtium duos debeat teſtes adhibere ſpecialiter rogatos, remiſſis cæteris ſolennitatibus juris civilis: in acie & conflictu ſi verſatur, ſufficit judicio, vel ſignis tantum voluntatem ejus eſſe expreſſam. *l. 15. C. hic. Nov. Leonis. 40.*

Quamdiu valet hoc privilegium?

℞. Quatenus teſtatores militant, ſive in caſtris degunt; poſt miſſionem ſive honeſtam, ſive cauſariam, ſiquidem pura eſt teſtantis diſpoſitio intra annum tantum; ſi conditionalis, etiam poſt annum, donec conditio hæredi adſcripta exſiſtat. Ignominioſa miſſio ſtatim perimit privilegium. *§. 1. 3. hic. & l. 26. ff.*

An ex hoc privilegio etiam valet teſtamentum non jure factum ante militiam?

℞. Non niſi illud reſignaverit miles factus, & quædam adjecerit, ſive detraxerit, ſive alias manifeſtaverit, ſe illud valere velle. *Quod ſic valeat quaſi ex nova militis voluntate. §. 4. hic.*

Quomodo amittit miles hoc teſtandi privilegium?

℞. Si de deſerta acie, ſi de amiſſis armis, læſa majeſtate, vel alio gravi crimine damnatur. *gl. in §. 3. hic.*

An ſoli filiofamilias militi conceſſum hoc privilegium?

℞. Ut illi de peculio caſtrenſi datum teſtandi privilegium; ita ad exemplum ejus togatam militiam exercenti, de quaſi caſtrenſi teſtandi idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

datur privilegium; ea lege, ut id faciat non militari, ſed communi jure. §. *fin. hic.*

An non ſunt teſtamenta, in quibus plures ſolennitates requiruntur præter ſupra expoſitas?

℞. Omnino. 1. In teſtamento ejus qui literas ignorat, requiritur octavus teſtis. 2. Cæcus per nuncupationem debet teſtari, & hæredem nuncupare, ac voluntatem ſuam declarare, adhibitis ſeptem teſtibus & Notario; vel ſi ejus copiam habere non poteſt, octavo teſte, qui eam exceptam, una cum teſtibus reliquis ſimul conſignet, & ſimul ſubſcribat. *l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſſ. vel non.*

TIT. XII.

Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.

An omnibus eſt permiſſum teſtari?

℞. Non.

Qui prohibentur teſtari?

℞. Filiifam. cujuſcunque conditionis ſint, ſive milites, ſive dimiſſi à militia (niſi de caſtrenſi peculio) ſive alii, niſi de quaſi caſtrenſi peculio teſtantur: quamvis ſuæ poteſtatis facti decedant. §. 1. *hic.*

Cur prohibetur filiusfamilias?

℞. 1. Quia teſtamenta ex alieno arbitrio dependere non debent. 2. Quia filiusfam. nullam hæreditatem, nullamque familiam, quam transferat, habet. *Wolf. hic.*

An non & alii ſunt, qui teſtari jure prohibentur?

℞. Impuberes quidem & dementes; furioſi, prodigi, teſtamentum facere prohibentur; item ſurdus, mutus, à natura cæcus, captus ab hoſtibus. §. *præterea.* §. *plane, de milit. teſt.* Cæco tamen con-

conceditur teſtari ſecundum modum, *l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſſ.* præſcriptum.

TIT. XIII.

De exheredatione liberorum.

Explicaſti, an omnibus ſit permiſſum teſtamentum facere: dic, an Teſtatori liberum ſit hæredes inſtituere quos velit?

℞. Non; ſed alios tenetur inſtituere, vel exheredare; *quales ſunt liberi ipſius.* alios poteſt quidem inſtituere, non tamen tenetur; *quales ſunt præter liberos alii Romani cives:* alios non poteſt inſtituere, *de quibus titulo ſequente.*

An pater, & mater, tenentur præciſe liberos inſtituere, vel exheredare?

℞. Pater quidem tenetur liberos ſuos præciſe inſtituere, vel exheredare, ut valeat ejus teſtamentum. *princ. hic.* Mater vero, & avus maternus, poſſunt eos præterire; ſed eorum ſilentium eſt pro exheredatione. §. 7. *hic.*

Quid eſt hæredis inſtitutio?

℞. Eſt ſucceſſoris in univerſum jus, quod defunctus tempore mortis habuit, ſive ſcripto, ſive nuncupatione, id eſt, viva voce, facta deſignatio. *l.* 1. §. 1. *ff. de hæredis inſtit.*

Quotuplex ea eſt?

℞. Duplex. 1. Quæ nomen retinet; & inſtitutio in ſpecie dicitur, *de qua primo agendum.* 2. Quæ ſubſtitutio dicitur, *de qua deinceps.*

Quid eſt exheredatio?

℞. Eſt juris ſuccedendi, quod alicui in bona alterius competebat, vel competere potuit, ademtio. Seu à teſtatore facta hereditatis privatio.

Quid præteritio?

℞. Præteriri dicuntur liberi, qui neque inſtituti ſunt heredes, neque ut oportet exheredati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ requiruntur, ut exheredatio rite fiat?

℞. 1. Ut fiat conſulto, non temere. *l.* 19. *de inoff. teſt.* 2. & quidem nominatim. §. 1. *hic.* 3. pure, non ſub conditione. *l.* 1. §. *pure. de lib. & poſth.* 4. Ex jure noviſſimo juſta de cauſa, eaque teſtamento expreſſa. *Nov.* 115. *c.* 3.

Dicis ex jure noviſſimo: an igitur apud Romanos circa exheredationis doctrinam non ſemper fuit idem jus?

℞. Minime: ſed valde hic fuit variatum, & quidem tum quoad perſonas liberorum, tum quoad exheredationis & præteritionis effectum. (Quod, *juxta Imperatorem in Enchiridio* noſtro fuſius explicavimus.) Sed Juſtinianus ſua conſtitutione jure novo voluit quidem omnes liberos ſive mares, ſive fœminas, etiam ulterioris gradus, etiam poſthumos, à patre nominatim inſtitui, vel exheredari: circa adoptivos ſervata definitione, *l. pen. C. de adopt.* expreſſa.

Quid, ſi pater ſit miles?

℞. Ejus præteritio habetur pro exheredatione; ſi quidem non ignoravit ſe liberos habere, aut uxorem uterum geſtare. §. 6. *hic.*

Ob quas cauſas licet parentibus liberos exheredare?

℞. Ob cauſas quatuordecim, *Nov.* 115 definitas. 1. Si quis parentibus ſuis manus intulerit. 2. aliamve gravem injuriam, eamque inhoneſtam. 3. Si parentem in cauſis criminalibus (niſi contra principem vel rempubl. ſint) accuſaverit. 4. Si ut maleficus cum maleficis verſetur. 5. Si vitæ parentum ſit inſidiatus. 6. Si delator contra eos exſtiterit. 7. Si novercæ, vel concubinæ patris ſe miſcuerit. 8. Si pro patre, carceri incluſo, detrectaverit fidejubere. 9 Si parentes teſtamentum facere prohibuerit. 10. Si ſit hiſtrio, & cum hiſtrionibus maneat, parente (ejuſdem non exſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

exſiſtente conditionis) invito. 11. Si filia libidinoſe ante annum vigeſimum quintum vixerit, & ut ita viveret, honeſtum matrimonium reſpuit. 12. Si liberi parentem furioſum neglexerint, & ipſe poſtea factus ſanus teſtetur. 13. Si parentem captivum non redemerint. 14. Si ſint hæretici. *d. Nov. c.* 3.

Ob quas cauſas licet liberis parentes exheredare?

℞. Tales ſunt. 1. Si vitæ liberorum fuerint inſidiati. 2. Si pater nurui, aut concubinæ filii ſe miſcuerit. 3. Si liberos ſuos prohibuerit teſtari de caſtrenſi peculio, vel quaſi. 4. Si pater matrem, vel mater patrem interfecerit. 4. Si liberis furioſis alimenta denegaverit. 5. Si captivos reducere neglexerint. 7. Si liberos criminaliter accuſaverint ob cauſas, principem vel Rempubl. non concernentes. 8. Si ſint hæretici. *d. Nov* 115. *c.* 4.

TIT. XIV.

De heredibus inſtituendis.

Qui poſſunt heredes à teſtatore ita inſtitui, ut etiam omitti poſſint?

℞. Alii præter liberos naturales & legitimos, vel legitimos tantum; item præter parentes, etiam fratres & ſorores. Qui tamen, ſi ſint conſanguinei, turpibus perſonis præferuntur. *l.*27.*C. de inoff. teſt.*

Quales extraneos permiſſum eſt inſtituere?

℞. Qualeſcunque, tam liberos homines (modo teſtamentum ipſi facere, vel ex eo accipere poſſint) quam ſervos: eoſque vel dominio pleno, vel proprietate tantum noſtros; vel alienos, ſive plane, ſive proprietate tantum, uſumfructum teſtatore habente. *princ. hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Qui prohibentur omnino inſtitui?

℞. Qui juris civilis carent communione, ut deportati, peregrini. *l. 1. C. hoc tit.* Item ſervi pœnæ. *l. 17. ff. de pœnis.* 2. Lege inteſtabiles eſſe juſſi. 3. Læſæ majeſtatis accuſati. *l. 5. C. ad leg. Iul. majeſt.* 4. Apoſtatæ. *l. 3. C. de Apoſt.* 5. Hæretici. *l. 4. §. 5. de Hæret.* 6. Collegia illicita. *l. 3. §. 1. ff. de Collegiis illicitis.* 7. Liberi ex damnato coitu nati. *Novell. 89. c. ult.* 8. Perſonæ plane ita incertæ, ut nec ex poſtfacto, nec vel per conſequentiam certæ fiant. *Ulp. in fragm. Tit. 22. §. incertæ.*

Quot heredes licet inſtituere?

℞. Heredum inſtituendorum numerus lege non eſt definitus: ſed ab arbitrio teſtatoris pendet; ut quot velit, uſque in infinitum hæredes facere poſſit. *§. & unum. hic. l. 9. §. 12. ff. eod.*

Quot partes poteſt teſtator ſingulis heredibus aſſignare, ſi plures inſtituit?

℞. Similiter quas voluerit; ſive æquales, ſive inæquales. *§. 5. hic. & 13. §. 5. eod.*

Quomodo dividuntur lege partes hereditatis?

℞. In aſſem; hoc eſt, in duodecim uncias. Verum non ideo introducta eſt hæc diviſio, ut eam teſtator præciſe ſequeretur, ſed ut haberet, quomodo mentem ſuam eloqueretur. *d. l. 13. §. 1.*

An igitur teſtator varie dividere poteſt hereditatem?

℞. Omnino, & quidem 1. Aut ſine partibus. 2. Aut ut ſingulis heredibus partes ſint adſcriptæ: aut ut quibuſdam non ſint adſcriptæ. 3. Ita ut vel plures aſſignatæ ſint partes quam continet as; vel pauciores. Ut ſic tot unciæ faciant aſſem, quot teſtator voluerit. *§. 5. hic.*

Quid juris in hac diverſa diviſione?

℞. 1. Si unus ſine partibus inſtituitur, vel

ex

ex parte quidem aliqua, ſed nullo coherede nominato, is hæres eſt toto aſſe; §. 5. *hic.* 2. Si plures inſtituuntur non nominatis partibus, ex æquis partibus hæredes ſunt. §. 6. *hic.* Niſi quidam conjunctim, quidam disjunctim ſunt inſtituti. Ut e. g. *Titius & Caius hæredes ſunto; & Mævius hæres eſto. Quo caſu conjuncti pro uno ſunt. l.* 15. & 19. §. 2. *hic.* 3. Partibus in quorundam perſonis expreſſis, in aliquo non; is, ſi qua aſſi pars deſit, ex ea hæres eſt: ſin plures ſine parte adſcripti; in eandem omnes concurrunt. *d.* §. 6. 4. Partibus in ſingulis perſonis adſcriptis, ſi pars aſſis vacet, ea pro rata portione ſingulis accreſcit; ſi vero deſit, pro rata ſingulis decreſcit. §. 7. 5. Si plures unciæ quam duodecim ſint diſtributæ; aliquo ſine parte inſtituto, is quod dupondio, hoc eſt, alteri aſſi deeſt, habebit. Dupondio diſtributo; ſi alius ſine parte inſtituitur; idem juris eſt. §. 8. *hic.*

Quomodo poteſt teſtator ſive unum, ſive plures hæredes inſtituere?

℞. Vel pure, id eſt, ſimpliciter, citra ullam adjectionem. Vel ſub conditione. Ex certo tempore, & ad certum tempus non poteſt, ſed ita adjectus dies pro ſupervacuo, & hæres pro pure inſtituto habetur. §. 8. *hic.* Incertum tempus pro conditione habetur, & valet inſtitutio. §. 9. *hic.*

An ſub pluribus conditionibus inſtitui hæredes poſſunt?

℞. Omnino: & quidem vel conjunctim, *ſi illud & illud factum fuerit*, quo caſu omnibus parendum eſt. Vel disjunctim; & alternative; Puta, *ſi hoc, aut illud factum fuerit.* Et ſufficit cuilibet parere, hoc eſt, alteram adimpleri. §. 1. *hic.*

Sub quibus omnino conditionibus poteſt hæres inſtitui?

℞. Extraneus hæres ſub quavis poſſibili; Suus

hæres tantum ſub poteſtativa. *l.* 15. §. *ult. ff. de cond. inſtit.*

Quis eſt effectus inſtitutionis?

℞. 1. Succeſſio in univerſum jus quod defunctus tempore mortis habuit. *d. l. hæred.* 2. Quod jura omnia, tam activa, quam paſſiva, adita hæreditate tranſeunt in hæredem. §. 2. *infra, de perpet. & temp. act.*

TIT. XV.

De vulgari Subſtitutione.

Hactenus de prima hæredis inſtitutione; Quæ eſt ſecunda, & quomodo definitur?

℞. Secunda hæredis inſtitutio, ſubſtitutio dicitur; eſtque in ſecundo, & ulteriore gradu, ſecundum ordinem ſucceſſionis numerato, hæredis, ſeu ſucceſſoris, deſignatio. *Accurſ. Rubr. ff. eod.*

Quomodo dividitur?

℞. Multis modis: præcipue vero in directam & obliquam. *l.* 2. §. 6. *hic.*

Quæ eſt directa?

℞. Directa eſt, quæ fit verbis directis & civilibus legitimis, immediate ipſum ſubſtitutum reſpicientibus, in caſum ſi primus hæres deficiat, puta: *Titius hæres eſto; ſi hæres non erit, Sempronius hæres eſto. Schneid. ad pr. hic.*

Quæ eſt obliqua?

℞. Fideicommiſſaria, & precaria; quæ fit verbis non directis, ſed obliquis & precariis, non ad ipſum ſubſtitutum immediate, ſed ad inſtitutum hæredem, cujus fidei hæreditatis reſtitutio committitur directis, *Schneid. eod.*

De qua hic agitur, & quomodo dividitur ab Imperatore?

℞. Agitur de directa, quæ dividitur in vulgarem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

rem & pupillarem, exemplarem, compendioſam & breviloquam, ſeu reciprocam.

Quæ eſt vulgaris ſubſtitutio?

℞. Directa ſecunda inſtitutio, quæ fit jure communi à quolibet teſtatore, cujuſcunque ætatis hæredi. In hunc caſum, ſi hæres non erit, ſive ita generaliter expreſſam, ſive ſpecialius expreſſæ deficiente cauſa; puta ſi noluerit, vel non potuerit eſſe hæres. *l. 1. ff hoc tit. l. 8. de impub. ſubſtit. l. 3. C. de hæred. Inſtit.*

Vbi fieri poteſt?

℞. Tantum in teſtamento. *§. l. 36. hic* Non in codicillis; niſi à milite, aut parentibus inter liberos. *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. hic.*

Qui poſſunt vulgariter ſubſtituere, & ſubſtitui?

℞. Quilibet, qui inſtituere, vel inſtitui poſſunt.

Quibus poteſt ſubſtitui?

℞. Omnibus, cujuſcunque conditionis, & ætatis hæredibus.

Qualiter poteſt ſubſtitui?

℞. Poſſunt ſubſtitui vel ſinguli ſingulis, vel unus in locum plurium; vel plures in locum unius, vel unus & idem ſibi; cum pluribus inſtitutis, unus ex inſtitutis cæteris omnibus ſubſtituitur, denique cum invicem ipſi inſtituti hæredes ſubſtituuntur. Quæ eſt ipſa reciproca à Modeſtino, à Doctoribus vero breviloqua dicta ſubſtitutio. *§. 1. hic. l. 38. §. 1. ff. eod.*

Quomodo dividitur hæreditas inter ſubſtitutos?

℞. Eodem fere modo, quo inter inſtitutos. 1. Pluribus ſubſtitutis, partes à teſtatore factæ ſervantur. Iis non factis, ſi prius non ſunt inſtituti, ex æquo omnes ſunt hæredes. Pluribus inſtitutis,

 ſi qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſi quidem ſibi invicem aut plures ex his uni ſubſtituantur, ſubſtituti videntur ex iiſdem partibus, ex quibus ſunt inſtituti. §. 2. *hic.*

Quis eſt effectus ſubſtitutionis vulgaris?

℞. 1. Quod inſtituto hæreditatem non adeunte, vel alias irrita facta inſtitutione, locus ſit ſubſtituto, excluſo inſtituti hærede. *l.* 2. §. *fin. l.* 4. *eod. tit.* 2. Hæc inſtitutio expreſſe facta continet tacitam pupillarem. *l.* 11. *n. C. de caduc. tol.* 3. Hoc modo ſubſtitutus non inſtituto, ſed ipſi teſtatori ſuccedit. *princ. hic.*

Quomodo exſtinguitur?

℞. 1. Inſtituto hæreditatem adeunte. *l.* 2. *C. hic.* 2. Deficiente conditione ſubſtitutioni appoſita. *l.* 2. & 4. *C. de repud. hær.* 3. Subſtituto hæreditatem repudiante. 4. Filiofam. pupillo facta ſpeciatim exſtinguitur completa pubertate. *l. in pupill. ff. eod.*

TIT. XVI.

De pupillari ſubſtitutione.

Quid eſt pupillaris ſubſtitutio?

℞. Pupillaris ſubſtitutio eſt, qua pater liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate habet, non recaſuris in alterius poteſtatem ſubſtituit in eum caſum, ſi hæredes erunt, & in pupillari ætate deceſſerint. Unde & pupillaris dicta. *princ. hic. lib.* 2. *ff. eod.*

Quotuplex eſt?

℞. Eſt vel vera jam definita, vel quaſi pupillaris ſeu exemplaris.

Quæ requiruntur, ut veræ ſubſtitutioni locus ſit?

℞. 1. Requiritur, ut ſubſtitutus ſit è liberis teſtatoris, & quidem in poteſtate. 2. Impubes. 3. Ut maneat in poteſtate teſtatoris ſubſtituentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

donec vivit. 4. Ut morte ſubſtituentis fiat ſui juris, nec recidat in alterius poteſtatem. 5. Ut pater ſubſtituens ſibi ipſi, prius faciat teſtamentum, & in eo impuberem filium, vel expreſſe inſtituat, vel exheredet. 6. Denique ut hæreditas patris adeatur. *Niſi pater ſit miles; cujus ſubſtitutio pupillaris valet, etiam ea non adita. §. 2. & 5. & ibi gl. hic. l. 2. 4. 5. ff eod.*

Qui poſſunt pupillariter ſubſtituere?

℞. Pater, aut ſi quis aſcendentium alius liberos habet in poteſtate. Non mater; ut quæ liberos in poteſtate non habet. *Bart. ad d. l. 2. n. 7. ff. eod.*

Quibus poteſt hoc modo ſubſtitui?

℞. Liberis naturalibus & legitimis ſimul, legitimatis, item adrogatis, impuberibus in poteſtate exiſtentibus, iiſque vel inſtitutis, vel exhæredatis, non tantum jam natis, ſed & poſthumis, iiſque hodie non niſi inſtitutis. §. *quacunque. Auth. non licet. ibi. Dd. C. de lib. præt.* etiam nepotibus in poteſtate exſiſtentibus. *l. 2. ff. eod.*

Quot liberis poteſt ſubſtitui?

℞. Vel ſingulis, vel ei, qui eorum impubes noviſſime morietur. Singulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatum voluerit mori; noviſſimo, ſi legitimarum hæreditatum, hoc eſt, ſuccedendi ab inteſtato jus inter eos integrum cuſtodire voluerit. §. 6. *hic.*

Quæ eſt formula ſubſtitutionis pupillaris?

℞. Hæc: *Titius filius meus hæres eſto, & ſi hæres non erit, vel erit quidem, ſed antequam pubes factus ſit moriatur, Seius hæres eſto. princ. hic.*

Quomodo omnino ſubſtitui pupillariter poteſt?

℞. 1. Vel pure, vel ſub conditione: quemadmodum & inſtitui poteſt. 2. Vel nominatim, vel generaliter. Illo modo: *Titius filius meus hæres eſto: ſi hæres non erit, vel impubes moriatur, Seius*

hæres eſto. Hoc modo: *Quiſquis mihi hæres erit, is filio meo impuberi intra pubertatem morienti hæres eſto.* §. 7. *hic d. l.* 8. *& l.* 10. *ff. hic.*

Quis eſt effectus hujus ſubſtitutionis pupillaris?

℞. 1. Quod per eam pupillo ſucceditur. *l.* 10. §. *ad ſubſtitutum. ff. hic.* 2. Quod excludit à ſucceſſione pupilli omnes ejus aſcendentes, etiam matrem. *l.* 4. *ff. hic.* 3. Quod continet tacitam vulgarem. *l.* 4. *jam vero hoc jure.* §. *unam. ff. eod.*

Quomodo exſtinguitur?

℞. 1. Pubertate pupilli. §. 6. *hic.* 2. Aut ſi brevius tempus à teſtatore definitum, eo completo. *l.* 21. *ff. hic.* 3. Si vivo teſtatore filius impubes de ejus poteſtate exierit. *l.* 41. §. *cum filia. ff. eod.* 4. Deficiente conditione ſubſtitutionis. *l.* 8. *ff. hic.* 5. Infirmato patris teſtamento. *pr. hic.*

Quæ eſt ſubſtitutio quaſi pupillaris?

℞. Eſt qua parentes liberis puberibus, nempe captis, aut furioſis, etiam iis, qui in poteſtate non ſunt, ſubſtituunt in eum caſum ſi moriantur prius, quam mentis fiant compotes. §. 2. *hic.*

Qui poſſunt quaſi pupillariter ſubſtituere?

℞. Parentes utriuſque ſexus, etiam mater; modo non tranſierit ad ſecunda vota. *l.* 9. *C. hic.*

Quibus ita poteſt ſubſtitui?

℞. A patre liberis naturalibus, & legitimis, vel legitimis tantum, etiam nepotibus & mente captis, furioſis. [Niſi ante morbum fecerint teſtamentum.] A matre etiam naturalibus tantum. *Dd. in l. ex facto.* 13. *ff. h. t.*

Qui ita poſſunt ſubſtitui?

℞. Primo liberi ipſius furioſi. 2. His deficientibus fratres & ſorores. 3. Poſt hos extranei. *l.* 9. *C. hic.*

Quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quis eſt effectus hujus ſubſtitutionis?

℞. 1. Expreſſa quaſi pupillaris continet tacitam vulgarem. 2. Poſt parentis & filii obitum ſubſtitutus ſuccedit in utriuſque bona. 3. Mater etiam à filii furioſi ſucceſſione arcetur. *Brederod. Analyſi. hic.*

Quomodo finitur?

℞. Deficiente morbo, & agnatione ſui hæredis.

TIT. XVII.

Quibus modis Teſtamenta infirmantur.

Quouſque valent Teſtamenta?

℞. Donec jure civili, vel prætorio infirmantur.

Quomodo infirmantur jure civili, vel prætorio?

℞. Jure quidem civili, vel ipſo Jure, vel officio judicis. Jure prætorio per bonorum poſſeſſionem contra tabulas.

Quot modis infirmatur teſtamentum ipſo Iure?

℞. Cum rumpitur, vel irritum fit. *princ. hic.*

Quando dicitur rumpi?

℞. Cum in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſum teſtamenti jus vitiatur. §. 1. *hic.*

Quot modis hoc fit?

℞. Per adgnationem ſui hæredis, ſive veram, ſive quaſi. Puta per poſthumum natum, vel filium ſive arrogatum, ſive adoptatum à Teſtatore poſt factum teſtamentum. §. 1. *hic.* 2. Per poſterius teſtamentum jure perfectum. §. 2. *hic.*

Quomodo irritum fit teſtamentum?

℞. Quoties manente eodem jure teſtamento, conditio teſtatoris, & per hoc vires teſtamenti minuuntur. §. 4.

Quibus modis Teſtamentum fit irritum?

℞. 1. Per quamlibet capitis diminutionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

§. 4. 5. *hic*. 2. Si memoria teſtatoris poſt mortem damnatur. *l. 6. §. ult. ff. hic.*

Explica plures modos infirmandi teſtamenta?

℞. 3. Infirmantur etiam hæreditate non adita ab hærede ſcripto. *l. 1. ff. eod.* 4. Militari jure factum poſt annum à miſſione. *l. 7. ff. eod.* 5. Si teſtator linum aut ſignacula teſtamenti plane inciderit, aut abſtulerit. 6. Vel ejus voluntate ſcriptura teſtamenti plane deleatur. Tanquam ex mutata ejus voluntate. *l. pen. C. de teſtam.*

Quo jure convaleſcit irritum teſtamentum?

℞. Regulariter jure prætorio. §. 6. *hic*. Sed & civili duobus caſibus. 1. Si teſtator ab hoſtibus captus redierit; ex jure poſtliminii civili jure introducto. 2. Si ob crimen damnatus in integrum reſtituitur à principe. *Quia Princeps prætorio jure non utitur. l. ſi quis filio. §. pen. ff. eod.*

Quale teſtamentum convaleſcit hoc modo?

℞. Teſtamentum ſcriptum, ſollenne dictum; puta ſeptem teſtium ſignis confirmatum; non nuncupativum: utpote, in quo iſta ſolennitas confirmationis non requiritur.

Quid, ſi in teſtamento perfecto princeps ſit inſtitutus litis cauſa, vel non litis cauſa in imperfecto?

℞. Neutrum teſtamentum admittitur. §. *ult. hic.*

TIT. XVIII.

De inofficioſo Teſtamento.

Quomodo infirmatur teſtamentum officio Iudicis?

℞. Per querelam inofficioſi teſtamenti.

Quod teſtamentum dicitur inofficioſum?

℞. Tale teſtamentum, in quo vel, ſine juſta cauſa exhæredati ſunt liberi aut parentes; vel iis caſibus præteriti, in quibus præteritio eſt pro exhæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

exhæredatione; vel perſonis turpibus hæredibus inſtitutis, fratres conſanguinei; & quidem vel durante, vel diſſoluta agnatione. *Princ. hic. Pac. Epitome. hic.*

Quid eſt querela inofficioſi teſtamenti?

℞. Imploratio officii judicis adverſus hæredem ſcriptum, qui hæreditatem jam adiit, aut eum qui ſit loco hæredis (puta fideicommiſſarium univerſalem), qua petitur, teſtamentum tanquam inofficioſum reſcindi. *l.* 17. *l.* 19. *hic. Nov.* 115. *c.*3. *in fine.* & hæreditatem actori, tanquam proximo ab inteſtato hæredi, adjudicari, *l.* 34. *C. hic.*

Quibus datur hoc remedium?

℞. 1. Deſcendentibus utriuſque ſexus, ſive naturalibus & legitimis ſimul, ſive legitimis tantum ab adſcendente adoptatis, modo in poteſtatem adoptantis tranſierint. §. 2. *hic.* 2. Naturalibus tantum adverſus teſtamentum matris, non patris. 3. Parentibus utriuſque ſexus; ſive liberos in poteſtate habeant, ſive non. *l.* 1. *&* 14. *hic.* 4. Fratribus & ſororibus conſanguineis, ſiquidem inſtituti ſint infames perſonæ. §. 1. *hic. l.* 1. *ff. l.* 27. *C. eod.*

Contra quos datur?

℞. Contra hæredes ſcriptos & nuncupatos, ſive directos ſive fideicommiſſarios; item eos qui hæredis locum obtinent, & quidem poſt aditam hæreditatem. *l.*15. §. *fin. l.*17. *&* 24. §. *ſi hic. l.*31. *C. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ad teſtamentum officio judicis reſcindendum.

Ubi intentanda?

℞. In ea Provincia, in qua ſcriptus hæres habet domicilium. *l.* 29. §. *fin. ff. hic.*

Quam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quamdiu durat?

℞. Quinquennium tantum. *l. ſi quis filius. C. hic.*

An non tranſmittitur ad hæredes?

℞. Omnino: ad ſuos quidem indiſtincte; ad extraneos non niſi præparata. *l. 6. §. fin. ff. l. 1. §. 1. l. 5. C. hic.*

An nullo caſu ceſſat?

℞. Omnino: 1. Si ſupereſt aliud remedium ordinarium, quo ad defuncti hæreditatem hæres pervenire poſſit. 2. Si per ſilentium quinquennii tacite, vel expreſſe, querelæ ſit renunciatum. *d. l. ſi quis filium.* 3. Si legitima ſive tota, ſive ex parte actori ſit relicta. §. 3. *hic.*

Quid eſt legitima?

℞. Legitima nihil aliud eſt quam portio ejus quod ab inteſtato quis habiturus eſſet lege definita. *Auth. noviſſima. C. hic.*

Quota pars eſt bonorum?

℞. Olim indiſtincte erat quadrans. §. *ult. hic.* Hodie triens, quatuor aut paucioribus liberis relictis: ſi plures relicti, ſemiſſis. Nec tantum in legitima deſcendentium, ſed etiam aſcendentium: non tranſverſalium; in quibus augmentum illud Dd. communiter non admittunt. *Nov. 18. C. 1. & ib. gl.*

TIT. XIX.

De Hæredum qualitate & differentia.

An hæredes teſtamento inſtituti omnes ſunt eadem qualitate?

℞. Non: Sed triplices ſunt, aut neceſſarii, aut ſui & neceſſarii, aut extranei ſeu voluntarii. *princ. hic.*

Qui

Qui ſunt neceſſarii?

℞. Servi proprii à teſtatore hæredes inſtituti; ſic dicti, quia velint nolint, coguntur eſſe hæredes. §. 1. *hic.*

Qui ſui, & neceſſarii?

℞. Liberi, qui ſunt in poteſtate Teſtatoris morientis, filius, filia, nepos neptiſve, ex filio & cæteri. §. *hic.*

Quæ requiruntur ut hæredes extranei hæreditatem capere poſſint?

℞. Ut ſint capaces hæreditatis; ſeu ut ſit cum iis teſtamenti factio, & quidem 1. Tempore conditi teſtamenti; ſic ut ab initio conſtiterit inſtitutio. 2. Tempore mortis; utpote quo demum effectum habet teſtamentum. 3. Tempore aditæ hæreditatis. Quia eo tempore quo acquirunt hæreditatem, maxime inſpiciendum eſt, an acquirere poſſint. §. 4. *hic. ibi Schneid.*

An in cæteris hæredibus eadem tempora conſideranda?

℞. In neceſſario hærede duo tantum conſideranda tempora; puta facti teſtamenti, & mortis; eademque in ſuis.

Quis eſt effectus inſtitutionis reſpectu differentiæ inter hæredes?

℞. Poteſtas adeundi hæreditatem, vel cum aditionis neceſſitate, vel cum libertate abſtinendi, & repudiandi; pro diverſa hæredum qualitate.

Qui adeunt cum neceſſitate?

℞. Sui hæredes.

Qui cum libertate?

℞. Extranei, ſeu omnes, præter ſuos.

Quando dicuntur ſui hæredes ſe immiſcere hæreditati, vel extranei eam adire?

℞. Hoc fit ſolo animo. *l.* 88. *ff. de acq. hær. l.* 9. *de jure del.* qui declaratur duobus modis; vel facto, vel re ipſa. §. 6. *hic.* *Quan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quando dicuntur eam repudiare, vel ab ea abſtinere?

℞. Iiſdem modis repudiatur hæreditas, quibus aditur. h. e. vel ſola animi declaratione; qua dicunt ſe hæredes eſſe nolle; vel facto, hæreditate puta in alium tranſlata; ſimilibuſque actibus, quibus ſe averſos ab hæreditate declarant. *Marant. eod.*

Quis eſt effectus aditionis?

℞. Præcipuus eſt, quod omnia jura defuncti; tam activa, quam paſſiva, in hæredem ita tranſeant. §. 5. *hic.* ut hæres omnia onera hæreditaria ſubire, & creditoribus hæreditariis & legatariis ſatisfacere teneatur; & bonis hæreditariis & juribus fruatur. §. *eod.*

An nullum contra hunc effectum eſt juris remedium?

℞. Ex jure & conſtitutionibus olim proditum erat jus deliberandi, ejus præfixo, primitus à teſtatore. Sed poſtmodum lege definito termino; ita tamen, ut intra tempus deliberationis liberati eſſent hæredes ab iſta obligatione. Ad quod beneficium inventarii conceſſit Imperator noſter. §. *extraneus. hic.*

Quod eſt hoc Inventarii beneficium?

℞. Quo, ſollenniter confecto rerum hæreditariarum inventario, ultra tres menſes; vel ſi alibi ſitæ ſunt, intra annum licet hæredi ita hæreditatem adire, ut non teneatur ultra vires bonorum hæreditariorum; nec ſibi in aliquo præjudicet ejus juris reſpectu, quod ipſe adverſus defunctum habebat: Item Falcidiam, & impenſas in confectione inventarii ipſius factas detrahat, aliaque commoda lucretur. De quibus ſtatim latius.

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. XX.
De Legatis.

Legatorum materia quatenus hic tractatur?

℞. Quatenus ſunt teſtamenti appendices.

Quid ſunt legata?

℞. Donationes à defuncto relictæ, ab hærede præſtandæ. §. 1. *hic.* Vel delibatio, ſive diminutio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vi inſtitutionis, univerſum hæredis foret, aliquid alteri collatum vult. *l.* 116. *de legatis.*

Quot ſunt genera legatorum?

℞. Erant olim quidem varia legatorum genera, ſecundum varium legandi modum: ut per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, præceptionem. Hodie de conſtitutione Imperatoris omnibus legatis, quibuſcunque modis relictis eadem eſt natura, vis, ac poteſtas. §. 2. *hic.*

Quot modis relinquuntur hodie legata?

℞. Vel directe à teſtatore ultimis verbis directis, & legatum proprie dicitur: vel per obliquum; quod fit verbis obliquis, & precariis; puta *rogo, fidei tuæ committo*; & fideicommiſſum proprie dicitur.

Eſtne differentia inter legatum, & fideicommiſſum?

℞. Olim major erat differentia. Quia legatum directis modo, & civilibus verbis, iiſque Latinis relinqui poterat: fideicommiſſa vero quibuſcunque verbis, etiam ſolo nutu, ab inteſtato. Hodie Imperator legata, quoad effectum quidem, fideicommiſſis exæquavit, & ſic quod deerat legatis, ex natura fideicommiſſorum, ſupplevit, & quod amplius eſſet in legatis per hoc naturam fideicommiſſorum auxit: ſalva tamen utriuſque ſubſtantia. §. 3. *hic.*

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Qui poſſunt legata relinquere?

℞. Iidem, qui teſtari poſſunt. *l.* 2. *de leg.* 1.

Quibus poteſt legari?

℞. Omnibus, cum quibus teſtamenti factio eſt paſſiva, id eſt, qui ex teſtamento capere poſſunt. §. 24. *hic.*

Quid omnino poteſt legari?

℞. Res, & factum; *puta cum teſtator jubet hæredem domum reficere.*

Quæ requiruntur in re legata?

℞. 1. Ut ſit, vel eſſe poſſit in commercio. 2. Ut ſit, vel eſſe poſſit certa. 3. Ut intra legitimum modum legetur.

Quorum res legari poſſunt?

℞. 1. Res teſtatoris. §. 4. *hic.* quamvis oppignoratæ. §. 5. *hic.* vel eas teſtator putet alienas eſſe. §. 11. *hic.* 2. Res ipſius hæredis. §. 4. *hic.* 3. Res communes teſtatoris cum alio. *gl. hic. l.* 5. *de leg.* 4. Res prorſus alienæ. §. 4. *hic.*

Quatenus legari poteſt res teſtatoris?

℞. Res propria teſtatoris recte legatur; ſive tanquam ſuam, ſive tanquam alienam legaverit; ſive ipſius legatarii eſſe putavit. Quod ſi alteri obligatam eſſe teſtator ſciverit, hæres eam luere debet (niſi voluerit teſtator ipſum legatarium luere), ſin autem ignoraverit, interdum legatarius luere debet. Quibus caſibus, vide in Enchiridio.

Quatenus res hæredis?

℞. Legatum hoc procedit, ſive teſtator ſciverit, ſive ignoraverit, rem hæredis eſſe; ſed dominium non transfertur, niſi ſubſecuta traditione. §. 4. *& l.* 14. §. *fin. ff. de uſucap.*

Quatenus res aliena, ſeu extranei?

℞. Eatenus tantum, quatenus legatarius ejus rei habet commercium, & defunctus ſcivit rem alienam eſſe. Quam ſcientiam non hæres, ſed lega-

legatarius, tanquam Actor, & quidem ob præſumtam teſtatoris ignorantiam rei alienæ, probare tenetur. §. 4. *eod.*

Quid, ſi legatarius rei alienæ vivo teſtatore fiat dominus?

℞. Si id factum ex cauſa oneroſa, puta emtionis; actione ex teſtamento pretium conſequetur. Sin ex lucrativa, ut donationis vel ſimili; agere non poteſt. (*Quia duæ cauſæ lucrativæ in unum hominem, eandemque rem concurrere non poſſunt.*) §. 6. *hic.* Niſi æſtimationem modo rei legatæ ſit conſecutus. Quo caſu rem legatam petere poteſt; non contra. Si rem ita conſecutus eſt, petere poteſt æſtimationem. §. *eod.*

Quæ res in ſpecie legari poſſunt?

℞. Tam corporales, quam incorporales.

An pluribus legari poteſt, & quatenus?

℞. Non uni tantum; ſed & duobus, vel pluribus eadem res; idque ſive conjunctim, ſive disjunctim in teſtamento eodem, & ab eodem teſtatore. Ita tamen, ut ſi ambo, aut omnes ad legatum perveniant, legatum inter eos ſcindatur. *Treut. hic. theſ.* 3.

Qualia facta legari poſſunt?

℞. Honeſta, non turpia.

Quomodo legari poteſt?

℞. Vel pure, vel adjectione diei, modi, conditionis, vel cauſæ.

Quis eſt effectus legatorum?

℞. Tranſlatio dominii, idque ſtatim à morte teſtatoris; in legato quidem puro. *l.* 64. *de furt.* Ita tamen ut poſſeſſionem legatarius, nec propria auctoritate, nec via exſecutiva apprehendere poſſit. *com. de leg.* ſed actiones competentes ad eam conſequendam intentare debeat. *l.* 2. *C. eod.* *Treut. hic. theſ.* 7.

Quot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quot actiones competunt ad legatum conſequendum; & quando?

℞. Tres. 1. Perſonalis ex quaſi contractu, ob hæreditatem ab hærede aditam. 2. Hypothecaria; ob tacitam hypothecam in bona defuncti, legatario pro ſolutione legati competentem. *l. prima cum. de leg.* 3. Rei vindicatio. *d. l.* 1. *cap.* 2. Competunt autem poſt aditam tantum hæreditatem, ut per eas tum rem legatam, tum ejuſdem fructus, & acceſſiones poſt moram conſequamur. *d. l.* 1. *Treutl. eod.* Omnes quidem, ſi res legata teſtatoris fuit propria; ſi aliena fuit, rei vindicatione excepta. Quia rei alienæ dominium teſtator transferre non poteſt. *l.* 54. *ff. de R. I.*

TIT. XXI.

De ademtione legatorum.

Quibus modis exſtinguitur legatum?

℞. 1. Si rei legatæ dominium, ex alia cauſa lucrativa, ad legatarium, non per aliam perſonam acquiſitum, vivo teſtatore pervenerit. §. *ſi res aliena. hic. l.* 1. §. 8. §. 1. *de leg. l.* 2. Si legatarius vivo teſtatore deceſſerit; & ſic caducum fiat legatum. *lege unica.* §. *in noviſſ. Cod. de cad. toll.* 3. Si conditio legati defecerit. *l.* 2. *de cond. & demonſt.* 4. Si res legata commercio eximatur, aut ſine dolo, vel culpa hæredis perierit. §. *ſi res legata. hic.*

Quibus modis adimitur?

℞. 1. Cum rem legatam alteri donat. *l.* 18. *ff. hic.* 2. Cum eam citra neceſſitatem vendit. *etſi rem ſuam. tit. præced.* 3. Propter graves inimicitias inter teſtatorem & legatarium ortas, nec reconciliatione ſublatas. *l.* 3. §. *ult. l.* 22. *ff. eod.* 4. Cum teſtator expreſſe illud revocat in teſtamento eodem, alio, vel codicillis. *l. pen.* §. 1. *ff. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

eod. 5. Cum partem teſtamenti, in qua legatum reliquerat, conſulto delet. *pr. hic.*

Quot modis transfertur legatum?

℞. 1. Mutata perſona legatarii, ut *ſi quod Titio legatum fuerat, legetur Seio.* 2. Mutata perſona onerata, legati præſtatione; ut *ſi quod Seius hæres juſſus eſt dare Titio, jubeatur dare ejus cohæres.* 3. Mutata re legata; *cum pro fundo legato legatur pecunia.* 4. Mutato modo legandi, *id eſt, mutato legato puro in conditionale; & contra.* Item quibus modis aliis, vel ſimpliciter, vel varie conjunctis, transferri legatum poteſt. §. 1. *hic.*

TIT. XXII.

De lege Falcidia.

An non & modus legibus impoſitus eſt legatis?

℞. Omnino, per legem Falcidiam; qua cavetur, ne plus quam dodrantem, bonorum ſuorum legare teſtatoribus fas ſit. *Text. princ.*

Quibus competit legis hujus beneficium?

℞. Ex intentione, hæredibus ſcriptis, *l. un. C. quor. leg. l.* 16. *hic.* eorumque ſucceſſoribus; & hæredibus non legatariis, nec fideicommiſſariis. *l.* 1. §. *denique. l.* 28. *ff. ad Trebell.* Et pluribus quidem inſtitutis hæredibus, ſingulis competit. §. 1. *hic. & l. in ſingulis. ff. eod.* Ex accidenti etiam hæredibus ab inteſtato; puta quando fideicommiſſa per codicillos, aut alio modo ab inteſtato ita relinquuntur, ut univerſa hæreditas fideicommiſſo gravetur. *l.* 18. *ff. hic. Nov.* 1. *c.* 4. §. 2.

Quo tempore ſpectatur quantitas patrimonii, ad quam retractio Falcidiæ dirigitur?

℞. Eo, quo teſtator mortuus eſt. §. 2. *hic.*

Quæ

Quæ bona ſunt deducenda, antequam ineatur ratio Falcidiæ?

℞. 1. Æs alienum, etiam quod defunctus ipſi hæredi debuit. *l.* 8. *C. hic.* 2. Impenſa funeris. §. *fin. hic.* 3. Pretia ſervorum in teſtamento manumiſſorum. §. 8. & *ult. hic.* 4. Legata ad pias cauſas. *Dd. per Nov.* 131. *C. cap.* 12.

Quæ imputantur in Falcidiam?

℞. Tantum ea, quæ jure hæreditario capiuntur. *l.* 91. 24. *ff. h. t.*

Quibus cauſis ceſſat?

℞. 1. Si teſtator detractionem prohibeat. *Nov.* 1. *c.* 1. 2. Si hæres inventarium non fecit. *Nov. ead.* 3. In teſtamento militis. *l.* 7. *C. h. t.* 4. In legatis ad pias cauſas. *Nov.* 130. *c.* 12. *aliiſque in Enchiridio latius expreſſis.*

TIT. XXIII.

De fideicommiſſariis hæreditatibus.

Quid eſt fideicommiſſum?

℞. Liberalitas, quæ verbis precariis, vel alio quocunque ultimo judicio precariæ voluntatis, miniſterio alterius commiſſo, in aliquem transfertur. *Ulp. frag. tit.* 24.

Quotuplex eſt?

℞. Eſt vel *univerſale*; quando univerſum defuncti patrimonium, vel ſecundum eam partem, in quam hæres inſtituitur, reſtituendum committitur (*de quali fideicommiſſo hoc titulo agitur.*) Vel *ſingulare*; ſeu particulare; quando res aliqua particularis, ſeu corpora ſingula de hæreditate reſtituenda alicui committuntur, puta ſcyphus lectus. *De quali, titulo ſecundo.*

Quot modis utrumque relinquitur?

℞. Vel *expreſſe*; puta ſi teſtator dicat, *Titius hæres eſto, & rogo, ut hæreditatem reſtituat Sempronio*; Vel *tacita*, ex præſumta teſtatoris mente; puta ſi

pater,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

pater, filio & filia hæredibus inſtitutis, vel utrique, vel eorum alteri mandat, ne condat teſtamentum. (*Quia videtur voluiſſe, ut alter alteri hæreditatem reſtitueret. Schneidw. hic.*) Aliiſque modis, de quibus *Graſſ. §.ult. fideicommiſſ. quæſt.* 4. & *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 8. *Tit.* 1.

Ubi omnino relinqui poſſunt fideicommiſſa?

℞. Tam in teſtamento, quam ab inteſtato. *Schneidw. hic.*

Quomodo relinquuntur in teſtamento?

℞. Ita ut hæres directus inſtituatur, ejuſque fidei committatur hæreditatem alii reſtituere. §. 2. *hic.*

Quomodo relinqui poſſunt ab inteſtato?

℞. Quando legitimus hæres, vel honorarius rogatur, ut totam hæreditatem, vel partem reſtituat alteri. §. 10. *hic.*

Quæ fideicommiſſa poſſunt relinqui ab inteſtato?

℞. Tam univerſalia, quam particularia; etiam legata. Utpote quæ directe ab inteſtato relicta trahuntur in fideicommiſſum. *l.* 6. §. 1. *ff. ad SC. Trebell.*

Quis eſt effectus fideicommiſſorum?

℞. Pro diverſitate temporis fuit varius. Nempe primitus erant infirma, ut nullam obligationem inducebant rogata præſtandi. Poſtmodum omnino pariebant neceſſitatem. Puta, ut mandatam hæreditatem, quatenus mandata eſſet, reſtituere hæres teneretur. *l.* 19. *ff. eod.*

Explica expreſſius effectum fideicommiſſorum ex novo jure?

℞. Præter reſtitutionis neceſſitatem, hoc juris: 1. Quod quatenus reſtituitur hæreditas, actiones hæreditariæ ſecundum SC. Trebellianum transferantur in fideicommiſſarium. §. 7. *hic.* 2. Quod ſupra dodrantem de tota hæreditate reſtituenda rogatus, quartam retinere, vel ſupplere, vel er-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

rore facti ſolutum repetere poſſit. *l. 6. §. fin. l. 9. C. ad l. Falc.* 2. Ea retenta, actiones hæreditariæ inter hæredem & fideicommiſſarium pro rata dividantur: tota reſtituta, in fideicommiſſarium in ſolidum tranſeant. §. 9. *hic.*

Quo effectu coacte aditur hic hæreditas ab hærede?

℞. 1. Aditus fit periculo fideicommiſſarii; ita ut hæres damnum ex aditione non ſentiat. 2. Nec commodum Trebellianicæ deductionis ex reſtitutione. §. 7. *hic. l. 4. ff. SC. Treb.*

Quibus omnino hæredibus, & fideicommiſſariis, competit hoc beneficium?

℞. Omnibus tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſuccedentibus. §. 23. *hic.* 2. Et quidem ſive ex aſſe hæredes ſint inſtituti, ſive datis cohæredibus; & utrique totum quod acceperunt, aut ejus partem rogentur reſtituere. §. 8. 9. & 10. *hic.* Et quidem licet Reip. reſtituenda ſit hæreditas. *l. 3. C. Tit. Treut. de lege Falc. th. 7. tit. 9.*

Quæ imputantur in quartam Trebellianicam?

℞. Non tantum ea, quæ jure hæreditario (ut in Falcidia) ſed etiam quæ quovis alio jure, ſive legati, fideicommiſſi, vel conditionis implendæ cauſa, judicio defuncti capiuntur. *l. 19. ff. ad leg. Falc.* Etiam fructus intermedio tempore, ab eo, qui ſub conditione & in diem gravatus eſt, percepti (non percepti à pure rogatis) *l. in fideicommiſſaria. ff. ad SC. Treb. Gail. 3. obſ. 133. n. 3.* Præterquam in liberis primi gradus fideicommiſſo gravatis. *l. jubemus. ff. eod. Gayl. eod. n. 4.*

Quibus modis ceſſat Trebellianica detractio?

℞. 1. Prohibitione expreſſa teſtatoris. *Nov. 1. c. 2. verſ. ſi vero expreſſim. ibi gl.* 2. Coacte adita hæreditate. §. 7. *hic.* 3. In fideicommiſſis ad pias cauſas. *Gayl. 2. obſ. 119. n. 6.* 4. Ære alieno hæreditatem abſorbente. *l. 1. §. 18. ff. l. 5. Cod. eod.*

5. Pro-

5. Prohibita fideicommiſſi alienatione. *Auth. ſed in ea re. C. ad l. Falc.* 6. Non impleta voluntate defuncti. 7. Quarta errore juris, vel ſcienter ab hærede ſoluta *l. error facti. C. ad l. Falc.*

Quot modis fit hæreditatis reſtitutio?

℞. Duobus: 1. *Re*; quando hæres vel per ſe, vel per alium, facto reſtituit fideicommiſſario res hæreditarias: vel permittit, ut ab eo apprehendantur, vel poſſideantur. *l. facta. 63. ff. ad Treb.* 2. *Verbis*; quando ſine reali reſtitutione, declarat ferre ſe, ut fideicommiſſarius res & jura hæreditaria habeat pro reſtitutis. *Schneidw. hic. Graſſ. §. hic. quæſt. 45.*

Quæ veniunt in reſtitutionem in fideicommiſſo univerſali?

℞. 1. Ea ſolum, quæ hæres habet ex titulo hæreditario; non quæ ex alio. *l. cohæredi cum filia. ff. de vulg. ſubſt.* 2. Prælegata, *Si quidem extraneus ſit rogatus reſtituere filio teſtatoris. Graſſ. eod. qu. 53.* 3. Fructus percepti vivo teſtatore, & mortis tempore pendentes, & hæreditate jacente percepti.

Cujus eſt probare, fideicommiſſum eſſe relictum; & quomodo relictum probabitur?

℞. Probatio incumbit ei, qui hæreditatem ſibi ex cauſa fideicommiſſi deberi contendit. Probabit autem, vel per ſcripturam, vel per quinque teſtes. Et his deficientibus, ex nova Juſtiniani conſtitutione, poſt præſtitum juramentum calumniæ, delato hæredi juramento. Quod ſi is præſtare recuſat, ad reſtitutionem tenetur §. 12. *hic. fin. C. de fideicomm. Nec enim refert juramentum, nec quicquam cavillari poteſt, niſi de minus ſolenni voluntate teſtatoris excipiat. Quo caſu auditur. l. 25. C. hic.*

Quomodo exſtinguitur fideicommiſſum?

℞. 1. Revocatione teſtatoris. 2. Caducitate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Idque vel hærede ante hæreditatem aditam moriente, vel fideicommiſſario ante inſtitutum hæredem; At modo in fideicommiſſo, ſub conditione, & in diem mortis relicto. 3. In conditionali diſpoſitione, vel ipſa deficiente conditione, vel fideicommiſſario ante ejus eventum moriente. *l. 4. & 5. l. 21. ff. quand. dies leg. & fideic. ced.*

TIT. XXIV.

De ſingulis rebus, per fideicommiſſum relictis.

Quid eſt fideicommiſſum particulare, ſeu ſingulare?

℞. Eſt donatio quædam, qua res ſingularis aliqua cum onere reſtitutionis, per ultimam voluntatem relinquitur, puta *equus, ſcyphus.*

Quomodo relinqui poſſunt res ſingulæ per fideicommiſſum?

℞. Tam ab hærede, quam à fideicommiſſario & legatario. *princ. hic.* Ita tamen, ne plus gravet teſtator, quam honorat. §. 2. *hic.*

Quæ res ſingulatim per fideicommiſſum relinqui poſſunt?

℞. 1. Res propriæ, ſive ſint ipſius fideicommittentis, ſive hæredis. 2. Etiam alienæ; ſed cum diſtinctione, & onere; ſupra ſub titulo de legatis explicatis. Ut ſcilicet neceſſe habeat rogatus, aut ipſam rem redimere, & præſtare; aut æſtimationem ejus ſolvere. §. 1. *hic.* 3. Itidem non tantum corporales, ſed & incorporales, ut ſervo libertas; eique ſive proprio, ſive legatarii, ſive extranei; modo ſit cum hoc teſtamenti factio. §. 2. *eod. l. alieno. ff. de fideicomm. libert.* Et quidem ut vel hæres, vel legatarius, vel fideicommiſſarius rogetur.

Quot

Quot modis contingit ſervis libertas ultima voluntate?

℞. Duobus: vel *directe*, quando ipſe teſtator ſervum teſtamento manumittit. *Qui ſervus fit libertus ipſius teſtatoris*; id eſt, nullius, & Orcinus dicitur. Vel *oblique*, quando teſtator mandat hæredi, ut ſervum dimittat. *Qui ita manumiſſus fit libertus hæredis manumiſſoris*, & eum pro patrono cogitur agnoſcere; libertatem autem non conſequitur, niſi & teſtamenti facti, & mortis tempore fuerit teſtatoris. §. 2. *hic*.

Quibus verbis poſſunt fideicommiſſa relinqui?

℞. Olim quidem tantum per verba ſolennia precaria, *peto*, *rogo*, *fidei tuæ committo*. Hodie, poſtquam in neceſſitatem juris abiere, per qualiacunque; modo talia ſint, ut ex iis conſtet voluntas teſtatoris fideicommiſſo gravantis. Imo etiam ſolo nutu; modo de animi judicio conſtet, *l.* 21. *ff. de leg.*

TIT. XXV.

De Codicillis.

Quid eſt Codicillus?

℞. Codicillus eſt imperfectum teſtamentum. Plenius definitur: Ultima teſtati & inteſtati voluntas, minus ſolennis de eo, quod quis poſt mortem de bonis ſuis fieri velit, citra directam hæredis inſtitutionem. §. *fin. hic. Vult. hic.*

Quomodo cœpit eſſe in uſu?

℞. Ex perſona Lentuli, Auguſti tempore. Unde etiam eſſe fideicommiſſa diximus, tam univerſalia, quam ſingularia, ob quæ fideicommiſſa potiſſimum ſunt inventi codicilli. *Text. princ. hic.*

Quomodo fieri poſſunt codicilli ab inteſtato?

℞. Quando teſtator, non condito ſolenni te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſtamento, codicilles facit, iique ideo per ſe ita ſtant; nec ullo modo à teſtamento dependent; ſed fidei hæredis legitimi committitur, ut præſtet codicillis contenta. §. 1. *hic. Schneidw. eod.*

Quot modis teſtato?

℞. Teſtato fieri dicuntur codicilli, cum fiunt ab eo qui teſtamentum fecit. Fit autem hoc ita: ut, vel ante codicillos faciat teſtamentum, vel poſt teſtamentum prius conditum; vel in teſtamento. Ultimo modo, quando quis facit ſolenne teſtamentum, & in ſubſidium codicillos per inſertam clauſulam codicillorum; qua rogatur, ſi teſtamentum non valet jure teſtamenti, ut valeat jure codicillorum, vel alio meliori modo. *Schneidw. hic. De qua clauſula infra, hic.*

Quæ relinqui poſſunt codicillis?

℞. Legata, fideicommiſſa; ſive generalia, ſive particularia. Non hæreditas; directe quidem, ut nec dari, imo nec confirmari. §. *eod. Vult. hic.* nec (per exhæredationem) quidem adimi, nec conditio inſtitutis hæredibus, codicillis adſcribi, nec iis directe ſubſtitui poſſit. §. 2. *hic. Vult. hic.*

Quid, ſi hæreditas codicillo ſit data?

℞. Licet talis diſpoſitio ſit contra naturam codicillorum, ſuſtinetur tamen benigne, ac ſi oblique facta eſſet; & cenſentur hæredes legitimi rogati, ut hæreditatem inſtituto reſtituant. *l.* 3. *ff. hic.*

Quæ eſt differentia inter codicillos, & teſtamentum?

℞. Differunt, I. *Ratione ſolennitatum:* quæ hic ſunt minores. 1. Quatenus hic non requiritur ut teſtes ſint rogati, ſed poſſunt fortuito accedere. 2. Non requiruntur eorum ſigilla. 3. Nec præciſe ſcriptura. 4. Mulier hic poteſt eſſe teſtis. Quæ contraria ſunt omnia in teſtamento ſolenni.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ni. II. *Ratione materiæ*, teſtamentum non conſiſtit citra hæredis inſtitutionem. Quæ codicillis directe fieri non poteſt; ut dictum. III. *Ratione numeri*, non poteſt enim quis decedere cum pluribus ſolennibus teſtamentis: omnino poteſt cum pluribus codicillis. §. *ult. Schneidw. hic.*

Quis eſt præcipuus effectus codicillorum?

℞. Quod ſcripta in codicillis præſtari debent, legata puta & fideicommiſſa, quæque iis relinqui poſſunt; & quidem vel ab hærede ſcripto, ſi cum teſtamento: vel ab hærede legitimo, ſi ſine eo facti ſunt. *Schneidw. hic.*

Quot modis infirmantur codicilli?

℞. Iiſdem, quibus teſtamentum, præſertim ſi cum teſtamento fuerint facti. Sine teſtamento quidem ſimiliter iiſdem modis infirmantur, ſed unico caſu excepto; puta agnatione poſthumi. *Schneidw. hic.*

Quis eſt effectus clauſulæ codicillaris?

℞. Præcipuus eſt, quod ultima voluntas, quæ defectu aliquo ſolennitatum, jure teſtamenti non poteſt valere, recipiatur jure codicillorum; & ita effectum ſortiatur, ut hæredes legitimi, de reſtituenda hæreditate, hæredi ſcripto rogati videantur. *Schneidw. hic.*

Quatenus quis mori poteſt cum pluribus codicillis?

℞. Ut licet diverſarum ſint rerum, priores per poſteriores non cenſeantur revocati, niſi quatenus iis expreſſe derogatur. §. *fin. hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ELEMENTORUM JURIS CIVILIS, LIBER III.

TITULUS I.

De hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.

Junctis titulis ſequentibus

II. III. IV. V. VII. VIII. IX.

Quando defertur hæreditas ab inteſtato?

℞. DEficiente teſtamento, vel ejus effectu.

Cur dicis: deficiente teſtamento?

℞. Quia non moritur inteſtatus, niſi qui aut teſtamentum omnino non fecit; aut non jure fecit; aut id quod fecit, ruptum, irritumve factum eſt. *Princ. hic.*

Cur dicis: deficiente Teſtamenti effectu?

℞. Quia facto licet, & jure quidem, teſtamento, ejuſque manentibus viribus; mori tamen inteſtatus dicitur, ſi ex eo nemo hæres exſtitit. *princ. hic.*

Quotuplex jus ſucceſſionis conſiderandum ſecundum Romanos?

℞. Potiſſimum triplex: 1. Jus duodecim Tabularum. 2. Prætorium. 3. Conſtitutionum Imperatoris Juſtiniani, etiam Novellarum.

Quæ fuit ratio ſucceſſionis ex lege XII Tabularum?

℞. Vocabantur ex ea ad ſucceſſiones. 1. Maſculorum, citra diſtinctionem ſexus, ſui hæredes; ſive primi, ſive, iſtis deficientibus, ulterioris gradus; ſed tantum ex filio nati. 2. Ad fœmina-

narum inteſtatarum hæreditates excluſis fœminæ liberis, adgnati proximi. 3. Deficientibus ſuis, item excluſis emancipatis ab utriuſque parentis hæreditate, vocabantur adgnati proximi præciſe. §. 1. *hic. Ulp. Fragm. tit.* 27. *princ.*

Quæ fuit ratio ſucceſſionis ex jure prætorio?

℞. Quod deficientibus ſuis, & adgnatis, Prætor, loco tertio; non quidem ad hæreditatem; ſed ad bonorum ſucceſſionem vocabat cognatos proximiores. §. 7. *hic.*

Quæ eſt ratio ſucceſſionis ex conſtitutione Imperatoris, etiam Novella?

℞. Triplex hic ordo conſiderandus. Primus deſcendentium. 2. Adſcendentium. 3. Collateralium. 4. Viri & uxoris. 5. Fiſci. *Nov.* 118.

Quales deſcendentes vocantur iſta conſtitutione?

℞. Liberi, tam naſcituri, quam nati; tam fœminæ, quam mares; tam emancipati, quam ſui; tam ulteriorum graduum, quam primi. Ex filio, filia, ſuo, emancipato nati ſint, nihil intereſt. *d. Nov. cap.* 2.

Quæ hic eſt ſuccedendi ratio?

℞. Filii primi gradus ſuccedunt in capita: Ulterioris gradus, ſive ſoli ſint, ſive cum liberis primi gradus concurrant, ſuccedunt in ſtirpes. *d. Nov. cap.* 1. *verſ. in hoc.* §. *ult. hic.*

Quid eſt in ſtirpes, & in capita ſuccedere?

℞. In capita ſucceditur, quando tot partes fiunt hæreditatis, quot ſunt capita ſuccedentium. In ſtirpes, quando non ipſorum capitum ſuccedentium, ſed ſtirpis, ſeu perſonæ, in cujus locum ſuccedunt, in dividenda hæreditate, habetur ratio. §. *cur filius. hic.*

Quot ſpecies liberorum hic conſiderandæ?

℞. 1. *Legitimorum*, h. e. natorum ex juſtis nuptiis, legitimatorum, adoptivorum. 2. *Illegitimorum*, h. e. natorum ex concubinatu, coitu me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

retricio, inceſtu, adulterio, ſtupro, contubernio. *Vult. hic. n. 21.*

Quæ eſt ratio ſucceſſionis, reſpectu legitimorum, & naturalium ſimul?

℞. Ex juſtis nuptiis nati, ut & per ſubſequens matrimonium legitimati, ſuccedunt parentibus una cum filiis naturalibus & legitimis, in omnibus bonis, etiam feudalibus. *§. hi vero. Auth. quib. mod. nat. eff. ſui.* Legitimati per reſcriptum, non niſi deficientibus liberis naturalibus & legitimis. *Auth. item ſine. C. de nat. lib. Nov. 89. c. illud tamen.* Nec in feudis; niſi id reſcripto contineatur. *Dd. communiter.*

Quæ eſt ratio ſucceſſionis, reſpectu legitimorum tantum?

℞. Adoptivi, proprie ſic dicti, adoptati ab extraneo, durante adoptione, uſque ad mortem patris adoptivi, ſuccedunt patri adoptanti, ut & naturali, una cum aliis liberis naturalibus; nullis exſiſtentibus, ſi quidem non ſunt emancipati, pati, patri adoptivo ſoli ſuccedunt. *l. cum adoptivis. §. ſed ne. C. de adopt.* Si ab adſcendentibus ſunt adoptati, etiam emancipati ſuccedunt; ſed patre naturali mortuo. *Nov. 118. c. null. de arrogatis. videatur textus tit. §. 11. hic.*

Quæ eſt ratio ſucceſſionis, reſpectu illegitimorum?

℞. *Naturales tantum*, ſeu ex concubina nati, ſuccedunt patri ſine liberis legitimis mortuo in duabus unciis, una cum matre dividendis; in reliquis, proximi cognati. *§. ſi quis. Nov. quibus modis nat. eff. legit.* minime extantibus liberis legitimis; vel legitima uxore. Alendi tamen boni viri arbitrio, *Nov. 89. cap. 12.* Matri ſuccedunt una cum liberis legitimis. *l. pen. §. 4. 6. C. ad SC. Orficianum. Nati ex damnato coitu*, ut inceſtuoſi, nefarii, adulterini, minime ſuccedunt jure civili,

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

quo nec alimenta iis debentur. *Nov.* 74. *c.* 6. Ex contubernio nati ſuccedunt, poſtquam ad libertatem parentes pervenere ex Imperatoris conſtitutione; item parentes liberis, & ipſi ſibi invicem. *Tit.* 7. *de ſerv. cognat. hic.*

Quando ſuccedunt adſcendentes?

℞. Deficientibus deſcendentibus.

Quomodo?

℞. Ita ut, ſervata gradus prærogativa, proximus parens excludat remotiorem; nec ſit locus repræſentationi; & quidem eâdem fere ſuccedendi ratione, quæ eſt in liberis. *Auth. defuncto. verb. ſalva gradus prærogativa. C. ad SC. Tertyll.*

Quomodo ergo ſuccedunt parentes naturales & legitimi ſimul?

℞. Tales, utriuſque ſexus ſuccedunt defuncto, æqualiter, modo eodem ſint gradu; non habito reſpectu, per paternam adſcendant, an maternam lineam. Si quidem defuncto ſoli ſine fratribus & ſororibus, vel eorum liberis ſuperſunt. Quibus exſiſtentibus, iſti una cum adſcendentibus ſuccedunt; fratres, ſorores in capita, fratrum & ſororum liberi in ſtirpes. *Auth. ex defuncto. C. ad SC. Tertyll.*

Quomodo ſuccedunt parentes legitimi tantum, hoc eſt, adoptivi?

℞. Adoptatis iis, qui ſunt in poteſtate, ſuccedunt quidem cum liberis ſanguine junctis, puta ex filia nepotibus; extraneis liberis adoptatis non ſuccedunt. §. *ſed hodie. ſup. de adopt. l. pen. Cod. eod.*

Quid juris circa arrogatos?

℞. Explicabitur id ſub titulo de acquiſitione per arrogationem, infra.

Quomodo ſuccedunt parentes naturales tantum?

℞. Quomodo ipſis ſuccedunt liberi. *Nov.* 89. *quib. mod. nat. eff. ſui.* Pater cum ſit incertus, nullo modo. *l. Spurius ff. unde cognati.* Mater, etſi liberos naturales & legitimos habeat, omnino. *§. fin. & ibi Aug. Inſt. ad SC. Tertyll.*

Nihil ne hic peculiare, reſpectu libertorum abſque liberis defunctorum?

℞. Omnino. Nempe quod veteres in libertinis non agnoſcerent deſcendentes tali caſu; patronus integram conſequitur hæreditatem, eamque ad ſuos liberos tranſmittit; iis deficientibus, ad conjunctos ex tranſverſo. *§. ſed noſtra. de ſucceſſ. libert. §. multis. eod.* Poteſt tamen pater uni ex liberis ſuis libertum ſignare, ut iſti ſolus patronus ſit, & ſolus bona liberti habeat, excluſis cæteris. *tit. de aſſign. libertin.*

Qui dicuntur collaterales?

℞. Qui defuncto ſunt à latere conjuncti.

Quando ſuccedunt defuncto?

℞. Deficientibus deſcendentibus & adſcendentibus. Aliquando tamen concurrunt cum adſcendentibus.

Quomodo ergo ſuccedunt defuncto?

℞. Defuncto fratri, & ſorori ſuccedunt, *fratres, & ſorores utrimque conjuncti.* In bonis paternis, maternis, aliiſque: ſi ſoli ſint, in capita; fratrum & ſororum liberi cum illis concurrentes in ſtirpes. *Nov.* 118. *c.* 3. *Qui ipſi ſi ſoli ſint; quomodo jure cum civili, tum ex conſtitutione Caroli quinti ſuccedant; vide Enchiridium noſtrum.*

Quid, ſi tales deficiant?

℞. Iſtis deficientibus *conjuncti ab uno latere, eorumque liberi. Auth. poſt fratres. C. de leg. har.* ac in paterua bona conſanguinei; in materna uterini. *Nov.* 84. *c.* 1. *§.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quid juris circa adoptivos?

℞. Adoptivi, niſi ab adſcendente ſint adoptati, ſibi invicem non ſuccedunt. *ſec. ante dicta.*

Quid circa naturales, & ſpurios?

℞. Naturales & ſpurii cum uterinis fratribus ſolis, non cum aliis ſuccedunt; cum nullis nati ex damnato coitu.

Quid, ſi deficiant fratres, ſorores & eorum liberi?

℞. Cognati ulterioris gradus ſuccedunt in capita ex ſola gradus prærogativa. *Dd. in d. Auth. poſt fratres.*

Quando ſuccedunt conjuges ſibi invicem?

℞. Deſcendentibus, adſcendentibus, & collateralibus liberis mortis defuncti tempore, deficientibus, uſque ad decimum gradum incluſive. *per §. ult. inf. de ſucceſſ. cognat.* vel potius in infinitum. *per Nov.* 118. *Vide Enchiridium.*

Quando, & quomodo ſuccedit fiſcus?

℞. Ita deficiente legitimo ſucceſſore, ut ejus non ſit ſpes; tanquam in bona vacantia. *l.* 1. *C. de bon. vacant.* Modo intra quadriennium ea adgnoſcat. *l. pen. C. eod. Ex accidenti etiam iis exſiſtentibus ita ſuccedit, ut eos excludat, ſed certis caſibus. De quibus vide Enchiridium.*

TIT. VI.

De gradibus Cognationum.

Quid eſt cognatio?

℞. Eſt vinculum juris, inter eos intercedens, qui de communi ſtirpe manant. *Cognati quippe dicuntur, quaſi una, vel ex uno nati. l.* 1. *§.* 1. *ff. unde cognati. l.* 4. *§.* 1. *ff. de gradibus.*

Quotuplex conſtituitur?

℞. Vel *naturalis tantum*; quæ eſt per coitum illi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

illicitum: Vel *naturalis & civilis ſimul*; quæ eſt ex juſtis nuptiis: Vel *civilis tantum*, quæ eſt ex adoptione; & improprie cognatio dicitur.

Quid neceſſarium eſt, ut cognationis gradus recte numerentur?

℞. Cognatio diſtinguenda lineis; linea gradibus.

Quid eſt linea?

℞. Series perſonarum ad unum ſtipitem relatarum.

Quid gradus?

℞. Tranſitus de proximo cognato in proximum cognatum, quo, quæ perſona ſtipiti ſit proxima, cognoſcatur *Weſ. par. hic. n.* 1.

Quotuplex eſt linea?

℞. Duplex: 1. *Recta*, eaque vel *inferior*, quæ eſt liberorum & deſcendentium; vel *ſuperior*, quæ eſt parentum & adſcendentium; vel *tranſverſa*, quæ eſt cognatorum: eaque vel æqualis, qua cognati æqualiter diſtant à ſtipite, ut *frater, & ſoror*; vel inæqualis, qua diſtant inæqualiter, ut patruus, & amita; & fratris, vel ſororis, filius vel filia.

Quæ eſt regula computandorum graduum ſecundum jus civile?

℞. Unica in utroque lineæ genere, & quidem hæc. *Tot eſſe gradus cognationis, quot ſunt generationis.* Secundum quam eodem jure ita computantur gradus, ut collaterales tot gradibus à ſe invicem diſtare dicantur, quot inter eos interceſſerunt generationes: vel quot inter eos ſunt intermediæ perſonæ; computatis illis, de quorum generatione quæritur, una, puta communi ſtipite, demta. *Vult. Inſt. eod.*

Quomodo numerantur gradus eodem jure ſecundum hanc regulam in omni linea?

℞. Ita ut in linea recta inferiori, *primo gradu* ſint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſint filius & filia. *Secundo*, nepos, neptis. *Tertio*, pronepos, proneptis. *Quarto*, abnepos, abneptis. *Quinto*, adnepos, adneptis. *Sexto*, trinepos, trineptis: & ſic deinceps. *Secundum præcedentes regulas, poſteri cæteri ſequuntur ordine, quatenus generatione ſunt proximi.* In linea ſuperiore recta, *primo gradu* ſunt*, pater & mater. *Secundo*, avus, avia. *Tertio*, proavus, proavia. *Quarto*, abavus, abavia. *Quinto*, atavus, atavia. *Sexto*, tritavus, tritavia; & ſic deinceps. Cæteri majores eodem generationis ordine. In linea tranſverſa, deficiente, ſecundum jam dicta, primo gradu; *Secundo* gradu ſunt frater, ſoror. *Tertio*; fratris, ſororiſque filius, filia; Item patruus, amita, avunculus, matertera. *Quarto*, fratris ſororiſque nepos, neptis. Item patruus magnus, amita magna, avunculus magnus, matertera magna; adhuc conſobrinus & conſobrina. *Quinto*, fratris ſororiſque pronepos, proneptis. Item propatruus, proamita, proavunculus, promatertera; adhuc propius ſobrinus, propius ſobrina. *Sexto*, fratris ſororiſque abnepos, abneptis, item abpatruus, abamita, abavunculus, abmatertera. Item propatrui, proamitæ, proavunculi, promaterteræ filius, filia. Item conſobrini, conſobrinæ nepos neptis. Item ſobrini, ſobrinæ; & ſic rurſus deinceps eodem, quo in linea recta dictum eſt ordine: ſed ſecundum lineæ hujus tranſverſæ vel æqualitatem, vel inæqualitatem.

An eadem eſt ratio computandorum graduum ſecundum jus Canonicum?

℟. Non omnino.

Quæ ſunt regulæ computandorum graduum ſecundum hoc jus?

℟. Tres: *Prima* eſt in linea recta, conveniens cum jure civili. *Quot generationes numerantur, tot numerantur gradus.* In linea tranſverſa duæ ſunt regu-

regulæ, à jure civili recedentes: una in linea æquali, eaque hæc: *Quoto gradu unuſquiſque eorum diſtat à ſtipite, eodem diſtant inter ſe.* E. g. Patrueles & ſobrini diſtant gradu ſecundo à communi ſtipite, ergo eodem gradu diſtant inter ſe. Altera in linea inæquali, hæc puta: *Quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, eodem diſtant inter ſe. Exempli gratia.* Sic fratris filius diſtat à patruo gradu ſecundo. Quia eodem diſtant ab avo communi ſtipite. Qui tamen jure civili diſtant gradu tertio.

Quæ eſt numeratio graduum ſecundum jus Canonicum?

℞. Hoc jure in linea recta, quoad computationis rationem in numerandis gradibus, non eſt à juris civilis computatione differentia, ſive quoad aſcendentes, ſive quoad deſcendentes. In linea tranſverſa, *primo* gradu, ſecundum regulam jam notatam; in æquali linea ſunt duo fratres, vel frater & ſoror; *Secundo*, duo patrueles amitini, vel conſobrini; *Tertio*, propatrueles, ſeu propiores ſobrino ſobrinæve, & ſic deinceps. Secundum regulam in linea inæquali, *primum* rurſus gradum facientibus fratribus & ſororibus; patris frater, ſive patruus, diſtat à fratris ſui filio gradu ſecundo; patrui nepos tertio; & ſic deinceps.

TIT. X.

De Bonorum Poſſeſſionibus.

Hactenus prior modus acquirendi dominii per univerſitatem, puta hæreditas; ſequitur ſecundus, bonorum poſſeſſio.

Dic, quid eſt bonorum poſſeſſio?

℞. Bonorum poſſeſſio (una voce ſicut juriſdictio dicta) eſt jus perſequendi retinendive patrimonii

monii, ſeu rei, quæ cujuſcunque cum moreretur fuit. *l.* 3. §. 2. *ff. de bon. poſſ.*

Quid differt hæreditas à bonorum poſſeſſione?

℞. 1. *Origine.* Hæreditas enim eſt ſucceſſio univerſalis ex jure civili; bonorum poſſeſſio ex juriſdictione Prætoris introducta. 2. *Forma*, per hæreditatem directe, & ipſo jure ſucceditur; per bonorum poſſeſſionem tantum tribuitur jus perſequendi retinendique patrimonii, quod defunctus tempore mortis habuit. *Analect. Marp. hic.* Quorum illud fit actionibus prætoriis, & poſſeſſoriis; hoc exceptionibus. *Anal. eod.*

In quo conveniunt?

℞. 1. *Effectu*, Puta, in genere ſucceſſionis. Quod bonorum poſſeſſio, atque hæreditas, omnia commoda & incommoda hæreditaria in ſe habet. *l.* 1. *ff. hic.* & in omni cauſſa bonorum poſſeſſor loco, & vice eſt hæredis. *l.* 117. *ff. de R. I.* 2. Et inde non minus quam hæres, omnia defuncti bona nanciſcitur. *l.* 108. *de V. S.*

Quotuplex eſt bonorum poſſeſſio?

℞. Duplex. Alia *edictalis*, ſive *ordinaria*, quæ ex edicto Prætoris datur ſimpliciter, & ſine cauſæ cognitione. Alia *decretalis*, quæ variis ex cauſis cum cauſæ cognitione à Prætore extra ordinem conceditur, interpoſito decreto.

Quot ſunt decretales in pub.?

℞. Tres. 1. *Carboniana* dicta, quæ, cauſſa à Prætore cognita, datur filio impuberi, cui movetur quæſtio ſtatus, an ſit inter liberos, dilato ad pubertatis tempus judicio. *l.* 1. *ff. de Carb. Edict.* 2. *Ventris nomine*, quæ tribuitur mulieri uterum gerenti, mortuo marito, ac petenti, ut in poſſeſſionem mittatur bonorum defuncti mariti, vel ſoceri, cauſſa itidem utrinque cognita, mutatur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

tur; donec pariat, aut non eſſe prægnantem omnino conſtet, ut interim ex iis alimenta ſibi partuique neceſſaria percipiat. *l.* 1. *ff. ſi ventris nomine.* 3. *Agnoſcendæ litis gratia.* Quæ datur filio emancipato exhæredato, vel præterito, ad id, ut ſub umbratili hoc locorum poſſeſſionis beneficio, poſſit intentare querelam inofficioſi teſtamenti. *l. Papinianus.* §. 1. *ff. de inoffic. teſt.*

Quot ſunt Edictales?

℞. Iterum duæ. Alia ex teſtamento; alia ab inteſtato: & ex teſtamento quidem, vel contra, vel ſecundum tabulas. §. *ſunt autem, hic.*

Quibus datur bonorum poſſeſſio contra tabulas?

℞. 1. Liberis naturalibus emancipatis à patre præteritis; non exhæredatis. 2. Etiam hæredibus præteritis. Illis tanquam omnino neceſſaria; his tanquam utilis. *Perez. hic.*

Quando datur bonorum poſſeſſio ab inteſtato; & quibus?

℞. Datur nullo teſtamento condito, cujuſmodi octo hic enumerantur: puta. 1. Unde liberi. 2. Unde legitimi. 3. Unde decem perſonæ. 4. Unde cognati. 5. Tanquam ex familia. 6. Unde patroni, patronæ, &c. 7. Unde vir & uxor. 8. Unde cognati manumiſſi. §. 1. *hic.*

Quod tempus petendæ bonorum poſſeſſioni definivit Prætor?

℞. Liberis quidem, parentibuſque tam naturalibus, quam adoptivis, anni ſpatium; cæteris agnatis & cognatis centum dierum, utile; non continuum. §. 5. 6. *hic.* incipiens currere à die ſcientiæ. *l.* 2. *& l. quamdiu. C. qui admit. ad bon. poſſ. Perez. hic.*

Quis modus petendæ bonorum poſſeſſionis?

℞. Olim certis & ſolennibus verbis opus erat; hodie qualiſcunque teſtatio, & qualecunque judi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

judicium apud quemlibet judicem ſufficit. Quemadmodum & contraria declaratio ſufficit ad repudiationem. Quam & operatur temporis lapſus, qui facit locum aliis. *Perez. hic.*

TIT. XI.

De Acquiſitione per arrogationem.

Arrogatione res univerſales acquiruntur, cum is qui ſui juris eſt, ſeſe arrogandum dedit. Nempe omnes res ejus corporales, & incorporales, eique debitæ, arrogatori acquiruntur: Olim quidem pleno jure (exceptis iis, quæ per capitis diminutionem pereunt) hodie uſufructu tenus. Niſi adrogatus in adoptiva familia deceſſerit. Tunc enim ei arrogator pleno jure ſuccedit, ſi quidem non ſuperſunt aliæ perſonæ, quæ præcedere debeant. *l. eſt & alterius. ff. de acquiſit. per arrogat. §. mortuo. eod. tit.*

TIT. XII.

De eo cui libertatis cauſſa bona addicuntur.

Quomodo acquiritur per addictionem bonorum?

℞. Addictione bonorum res univerſales acquiruntur, cum libertatum conſervandarum cauſa bona addicuntur, nemine ab inteſtato ſuccedente; dummodo libertates recte datæ ſint. *Modus eſt acquirendi dominii ex conſtitutione Divi Marci: ut latius in Enchiridio.*

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. XIII.

De Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex SC. Claudiano.

Fueruntne olim præter enumeratos acquirendi modos adhuc alii?

℞. Duo: 1. Talis, quo debitori in ſolutione ceſſanti, & fraudationis cauſa latitanti, tanquam mortuo in omnibus ſuccedebat creditor. 2. Talis, qua mulier cum omnibus bonis ſuis addicebatur domino, cujus inviti ſervo ſe junxerat; uterque ſublatus.

An vero in hæreditatibus non eſt alius modus acquirendi?

℞. Omnino: Accretio, ſeu jus accreſcendi, cujus facta ſupra mentio; cui in hæreditatibus quidem, ſed non in contractibus, eſt locus.

Quatenus habet locum in hæreditatibus?

℞. 1. Filiabus, & aliis per virilem ſexum deſcendentibus liberis, utriuſque ſexus, ſi non ſunt hæredes ſcripti ſcriptæve, exhæredati vel exhæredatæ, jus accreſcendi præſtatur, ad dimidium ejus, quod ab inteſtato eſſent habituri. 2. Uno hærede ex ſemiſſe ſcripto; totus as eſt in ſemiſſe, jure accreſcendi. §. *hæredibus. de hæred. inſt.* 3. Ex inſtitutis hæredibus, ſi quidam non petunt partem ſuam, petentibus accreſcit. §. *quando non per part.* 4. Pluribus hæredibus ex partibus inſtitutis, pars vacans accreſcit ſingulis, pro parte hæreditaria. 5. Re duobus legata, ſi alter quovis modo deficit, tota ad collegatarium pertinet. §. *ſi eadem. de legatis. hic.*

In quibus non eſt accretioni locus?

℞. Non admittitur in contractibus; nec in iis, qui ſunt dominicæ poteſtatis.

Quam

Quam ob rem non in contractibus?

R. Non in contractibus; quia ſi quis ſibi; & alii cujus juri non eſt ſubjectus, decem dari aureos eſt ſtipulatus ſtipulatori; non totum debetur, ſed pars tantum dimidia. §. *quod ſi quis. de jure ſtipul.*

Quam ob rem non in iis, quæ ſunt dominicæ poteſtatis?

R. Quia, licet olim ſervus duobus dominis communis, ſi ab uno manumitteretur, manumiſſoris pars non accreſceret domino manumittenti; hodie tamen non cogitur manumittens pretium ſervi ſecundum dominii partem accipere. §. *erat olim. &* §. *ult. de donat.*

TIT. XIV.

De Obligationibus.

Quid eſt obligatio?

R. Eſt juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ, ſecundum noſtræ civitatis jura. *princ. hic.*

Quotuplex eſt?

R. Dividitur: 1. In naturalem tantum, civilem tantum, naturalem & civilem ſimul. 2. Civilis tantum iterum in civilem, ſeu legitimam & prætoriam. 3. Dividitur in principalem & acceſſoriam. 4. In eam, quæ eſt ex contractu, vel quaſi; ex maleficio, vel quaſi.

Quæ eſt obligatio naturalis tantum?

R. Qua quis ex mera naturali æquitate, vel diſpoſitione juris gentium obligatur, & à jure civili non eſt informata. *l.* 91. §. *naturalis. ff. de ſolut.*

Quæ eſt civilis tantum?

R. Quæ ortum & fundamentum non habet in æquitate naturali; ſed in ſola legis civilis auctoritate.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ eſt naturalis, & civilis ſimul?

℞. Quando cum legis auctoritate concurrit æquitas naturalis.

Quæ dicitur obligatio civilis, ut opponitur prætoriæ?

℞. Quæ legibus eſt conſtituta; hoc eſt, vim ac vinculum habet à jure civili; ſeu quæ jure civili eſt introducta, vel approbata. §. 1. *hic.*

Quæ prætoria?

℞. Quam ex ſua juriſdictione Prætor conſtituit. Seu quæ jure prætorio eſt introducta, & honoraria dicta. §. *eod.*

Quæ principalis?

℞. Qua quis ſuo nomine principaliter obligatur. Quales ſunt obligationes reorum principalium. *Perez. hic.*

Quæ acceſſoria?

℞. Qua quis non ſuo, ſed alieno nomine obligatur. Quales ſunt, qui pro aliis fidejuſſerunt. *Perez. hic.*

Quæ eſt obligatio ex contractu, vel quaſi ex contractu?

℞. Quæ à contractu, vel quaſi contractu, vinculum ſuum habet.

Quæ eſt obligatio ex maleficio, vel quaſi maleficio?

℞. Quæ vinculum ſuum habet ex delicto, vel quaſi delicto.

Quot diviſionum genera proponit Imperator?

℞. Duo: 1. eam, qua obligatio dividitur in civilem & prætoriam. 2. Item qua dividitur in eam, quæ eſt ex contractu, vel quaſi ex contractu.

Quæ eſt diviſio contractuum ab Imperatore propoſita?

℞. Ea quæ eſt à modo, quo perficiuntur. Nempe quod contractus aut re contrahitur, aut verbis,

ut

ut ſtipulatio ſeu verborum obligatio dicitur; aut literis, & literarum obligandarum; aut conſenſu. *Text. hic.*

TIT. XV.

Quibus modis re contrahatur obligatio.

Cum omnes contractus conſenſu conſtent: cur dicis alios re, verbis, literis; alios conſenſu conſtare?

℞. Quia in aliquibus contractibus, præter conſenſum partium, vel res, vel verba, vel ſcriptura, ut conſtent, præciſe actualiter intervenire debet; in aliis vero non ita; ſed modo partes conſentiant in id quod agitur, perficiuntur. *Schneid. hic.*

Quot ſunt contractus re conſtantes?

℞. Quinque. Mutuum, indebitum, commodatum, depoſitum, pignus. *Wolſius. hic.*

De Mutuo.

Quid eſt mutuum?

℞. Eſt contractus juris gentium, re conſtans, ſtricti juris, quo quantitas alicui ea lege datur, ut eadem nobis in genere, non in ſpecie reddatur. *Treutl. diſp. hic. theſ. 1. Perez. hic.*

Quæ requiruntur ad hujus contractus ſubſtantiam?

℞. Quatuor: 1. Animus contrahentium talis, ut non idem corpus, quod traditur in ſpecie, ſeu (ut Dialectici loquuntur) in individuo, ſed in genere reddatur. *l. 2. de rebus cred.* 2. Ut id, quod redditur, ſit ejuſdem generis. *d. l. 2.* 3. Ut mutuum contrahatur in quantitate, h. e. in rebus, quæ pondere, numero & menſura conſtant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ut oleum, vinum & pecunia numerata, quæ (quia una ſpecies vice alterius fungi poteſt) fungibiles dicuntur. *d. l.* 2. §. 1. 4. Ut res ita tradatur accipienti, ut dominium ejuſdem in eum conferatur. *d. l.* 2. §. 2.

An iſtis quatuor concurrentibus ſemper eſt mutuum?

℞. Omnino, ſi quidem hoc agatur. Poteſt tamen eſſe etiam alius contractus, ſi aliud agatur. Non minus, quam poteſt eſſe depoſitum, licet terminos depoſiti contrahentes egrediantur. *l.* 24. 25. *l.* 1. §. 1. *ff. depoſ. Schneidw. eod. n.* 13.

Quotuplex eſt mutuum?

℞. Proprie unicum eſt mutuum. Dividitur tamen communiter in naturale, & civile.

Quid eſt naturale mutuum?

℞. Naturale vere mutuum eſt, cum ipſe creditor mutuum re ipſa numeravit.

Quid eſt civile mutuum?

℞. Quod tale eſt fictione. Puta, quando aliquis confitetur chirographo, accepiſſe ſe pecuniam, quam non accepit.

Qui poſſunt mutuare?

℞. Qui conſentire poſſunt; modo rerum, quæ mutuo dantur, dominium habeant, & adminiſtrationem. *l.* 2. §. *pen. De reb. cred.*

Qui poſſunt mutuo accipere?

℞. Patresfamilias, puberes & mentis compotes.

Quid, ſi filiusfamilias mutuo accipiat?

℞. Pecuniam quidem numeratam, SC. Macedonianum perpetua exceptione tuetur. *l.* 7. §. 3. *ad Maced.*

Quid, ſi Pupillus mutuo abſque tutore accipiat?

℞. Eum tum demum contractus obligat, ſi locu-

locupletior factus eſt. *Treutl. theſ. 9. hic. per l. 3. ff. commod.*

An debitor cogitur acceptos numeros reddere eadem forma, vel materia?

℞. Minime; ob æſtimationem potius num̄morum, quam corpora creditam. *arg. l. 49. §. 1. ff. de ſolut.*

Quid, ſi res debita non amplius inveniatur, aut præſtari à debitore non poſſit?

℞. Æſtimatio ejus recte ſolvitur, ſecundum definitionem præcedentem. *Nov. 4. c. 3.*

Quid, ſi res mutuo accepta forte ſit amiſſa?

℞. Id non liberat debitorem; licet caſu ſit amiſſa. *l. 11. C. ſi cert. pet.* Niſi, ſive mora reſtituendi, ſive culpa caſum præcedens, debitori queat imputari. *l. 12. §. 3. depoſ. l. 5. §. 4. commod.* vel aliud actum ſit. *Treutl. eod. th. 14.*

Indebiti Solutio.

Quid vocat hic Imperator indebitum?

℞. Indebitum dicit pro indebiti ſolutione; h. e. quando quis per errorem id ſolvit, quod non debet. *§. 1. hic.*

Quæ ex indebiti ſolutione naſcitur obligatio?

℞. Ea, quod debite ſolutum accipiens, per interventum rei ipſius ſolutæ, obligatur ad illud reſtituendum, quod ſic indebite eſt ſolutum. *Schneidw. hic.*

In quo genere indebiti hic contractus locum habet?

℞. 1. In indebito naturaliter, & civiliter ſimul; ſi quidem facti, non juris errore eſt ſolutum. 2. In civiliter debito, naturaliter indebito, & quidem indiſtincte, ſive facti, ſive juris error interceſſerit. 3. In utroque modo indebito similiter. 4. In indebito ope exceptionis non datur repetitio; ſi ea eſt temporalis, nec perpetua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Si quidem ea eſt odioſa, omnino, ſi favorabilis, & quidem quocunque errore ſit ſolutum. In dubia exceptione, puta in debito ſub conditione, omnino; ſi quidem ante eventum conditionis; minime ſi ea exſtante ſit ſolutum. In exceptione ad rigorem juris introducta, non eſt locus repetitioni. *Schneid. hic.*

De Commodato.

Quis eſt contractus commodati?

℞. Quo res aliqua gratis conceditur, certi uſus gratia; non ut alia ejuſdem generis, ſed eadem ſpecies nobis reſtituatur. *Schneid. hic.*

Cur dicis, hunc contractum eſſe gratuitum?

℞. Quia, ſi mercede interveniente res utenda datur, locatio eſt. §. 2. *hic.*

In quo differt à mutuo?

℞. 1. Quod hic accipiens non fit dominus rei commodatæ, ſed commodans proprietatem retinet. 2. In mutuo res eadem genere modo; hic eadem ſpecie redditur. 3. In mutuum veniunt quantitates, ſeu res fungibiles tantum. In commodatum corpora, vel ſpecies: etiam aliæ.

Qui poſſunt commodare?

℞. Omnes, ſive liberi ſint, ſive ſervi; etiam filiifamilias. Nec modo bonæ fidei poſſeſſor, ſed & prædo. *l. ſi ſervus. & ſeq. ff. hic.* Item qui uſumfructum, habitationem, vel aliam ſervitutem habet; uxor rem viri. *Mozz. hic.*

Quibus poſſunt commodare?

℞. Unicuique; etiam impuberi; etiam libero homini bona fide ſervienti; uni pluribuſve; non furioſo. *l. 1. in fin. l. 2. ff. hic.*

In quibus rebus poteſt contrahi commodatum?

℞. In rebus moventibus, & mobilibus; ſive corpo-

corporalibus, ſive incorporalibus. Puta habitatione. Non in iis, quæ uſu conſumuntur. *l.* 1. §. *inter commodatum. l.* 3. §. *fin. ff. commodat.* Niſi ad pompam, vel oſtentationem dentur. *d. l.* 3. §. *fin.*

Quid debet præſtari à commodatario ex natura contractus?

℞. Ut rem, quam utendam accepit, in ſpecie eandem (quatenus conventum) reſtituat; una cum acceſſoriis; & quidem non factam culpa ipſius deteriorem. *l.* 3. §. 1. *ff. commodati.*

Quid præſtatur hic ex accidenti?

℞. 1. Dolus: 2. Omnis culpa. Niſi aut utriuſque contrahentis gratia, aut ſolius commodantis initus ſit contractus. Neutiquam vero præſtatur caſus fortuitus. Niſi quem culpa aut mora præceſſerit. *l.* 3. §. 1. *hic.* aut re æſtimato tradita, de æſtimatione ſit conventum. *l.* 5. §. 3. *text. hic.*

De Depoſito.

Quid eſt depoſitum?

℞. Eſt contractus realis, de re certa gratis cuſtodienda, ſub fide eandem in ſpecie reſtituendi, quandocunque deponenti libuerit. §. *penult. h. t.*

Quotuplex eſt depoſitum?

℞. Dividitur in Depoſitum *vulgare*, ſeu *in ſpecie dictum*; quo res non litigioſa ab uno vel pluribus deponitur. *Vult. Iuriſp. eod. n.* 2. Et *ſequeſtrationem*; quæ eſt depoſitio rei litigioſæ ſeu controverſæ apud ſequeſtrem à pluribus in ſolidum facta. *Vult. eod.* Ea puta lege, ut lite quidem pendente cuſtodiatur; finita vero, reſtituatur victori. *l.* 5. §. 1. & 2. *l.* 7. & *pen. h. t.*

Quomodo ſubdividitur?

℞. In *voluntarium* (*quod eſt conſilii deliberati*)

& neceſſarium, *quod eſt ex neceſſitate urgente, puta tribus illis caſibus*, incendii, ruinæ, naufragii. *l.* 1. §. 1. 2. 3. *ff. hic. Vult. eod. n.* 2.

Quomodo fit ſequeſtratio?

℞. Vel magiſtratus auctoritate; parte, ſive utraque, ſive alterutra invita; vel utriuſque conſenſu. *l. un. C. de probib. ſequeſt.*

Quomodo dicitur utraque?

℞. Illa judicialis eſt; hæc conventionalis.

Qui poſſunt deponere?

℞. Omnes ſive patresfamilias, ſive filiifamilias. *l.* 19. *h. t.* ſive liberi, ſive ſervi. *l.* 1. §. 27. 30. 31. *l.* 11. *h. t.* Etiam prædones & fures. *d. l.* 1. §. 39. Et quidem ſive unus, ſive plures. *d. l.* 1. §. 44. *ff. eod. l. licet eod.* Non vero deportatus. Eo quidem effectu, ut actionem habeat.

Quæ res poſſunt deponi?

℞. Omnes, quæ ſub factum cuſtodiamque cadunt. *d. l.* 31. *h. t.* tam propriæ, quam alienæ. *d. l.* 3. §. 39. *h. t.* Sed mobiles tantum in depoſito, in ſpecie ſic dicto. *Weſ. Par. n.* 4.

Ad quid tenetur depoſitarius?

℞. Ex natura quidem contractus, ad rem eandem in ſpecie, ſeu individuo reddendam, *ſecundum definitionem.* Si convenerit, ut depoſita pecunia depoſitarius utatur, ut uſuras ſolvat. *Weſ. hic. n.* 15. & *l.* 24. *ſeq.* §. 1. *hic.*

An iſta conventio non excedit terminos depoſiti?

℞. Omnino: tamen lex contractus ſervanda. *Weſ. eod.*

An nihil hic conſiderandum ex accidenti?

℞. Omnino. Quantitate non obſignatò depoſita fit aliquando, ut res in genere reſtituatur. *arg. l.* 29. *pr. hic.* Ex accidenti vero de ſolo dolo, & (ut ſubaudiunt Dd.) de lata culpa, non de levi, minus de leviſſima, aut de caſu fortuito.

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

An nullo caſu præſtatur hic culpa leviſſima, vel caſus fortuitus?

℞. Caſibus pluribus: 1. Si de eo expreſſe ſit conventum. 2. Si Reus fuit in mora reſtituendi. 3. Si culpa caſum præceſſit. 4. Si obtulit ſe depoſito. 5. Si pro cuſtodia quid accepit. *l.* 1. §. 6. *hic, Perez. hic.*

Ad quid tenetur ſequeſter?

℞. 1. Ad rem ſibi commiſſam diligenter cuſtodiendam. 2. Etiam diſtrahendam; ſi quidem id uſus ferat, pretio rei loco depoſito. 3. Et finita ſequeſtratione, bona fide reddendam. *Facit l.* 1. §. 2. *hic.* 4. Denique quod pacto, vel judicis ſententia, continebitur implendum. *d. l.* 5. §. 2. *l.* 12. §. 2. 3. *ff. eod.*

Quomodo tollitur ſequeſtrum?

℞. Solo judicis decreto. *Dd. l.* 7. §. *fin. ff. hic.* Niſi ſufficienter caveatur.

De Pignore.

Quid eſt pignus?

℞. Eſt contractus realis, quo creditori jus in re alterius conſtituitur, propter crediti reſtituendi fidem & ſecuritatem, eo perſoluto ſolvendum. §. 4. *hic. Treutl. hic. theſi* 1.

Quotuplex eſt?

℞. Dividitur vel *ratione cauſæ efficientis in expreſſum*, h. e. hominis expreſſa voluntate conſtitutum, ſive unius, ſive duorum, *voluntarium dictum.* Et *tacitum*, ex depoſitione legis, & præſumta modo voluntate hominis conſtitutum. *tit. t. ff. in quib. cauſ. tac. pign. contr.* Vel *ratione materiæ*, in generale & ſpeciale.

Quotuplex eſt pignus conſtitutum auctoritate magiſtratus?

℞. Duplex: 1. *Prætorium*, decreto magiſtratus conciliatum, extra ſtrepitum judicii, per miſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſionem creditoris in poſſeſſionem rerum debitoris; vel unius, vel omnium. *Vult. Iuriſpr. c.* 33. *n.* 27. 2. *Iudiciale*, præcedente definitiva ſententia, in caſu judiciali conſtitutum per judicem, qui eam tulit. *t. t. C. ſi in cauſſa judiciali.*

Quid eſt pignus voluntarium, ſive conditionale?

℞. Conventionale, ex partium conſenſu; non conſtitutum modo, ſed & traditum (quod proprie pignus dictum diximus) ſive modo conſtitutum, ſed non traditum (hypotheca dictum). *Vult. Iuriſpr. cap.* 34. *n.* 30.

Quid eſt pignus tacitum?

℞. Quod quidem aperte expreſſum non eſt; tacita tamen pactione, pignori ineſſe nihilominus creditur. *ex l.* 3. *C. in quib. cauſ. pign. tac. conſt.*

Quid eſt pignus generale?

℞. Generale pignus eſt, cum omnia bona debitoris pignori obligantur; ſive præſentia tantum, ſive indiſtincte. Quo caſu ad futura etiam trahitur. *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Bart. in l.* 1. *hic.* Item ad actiones & nomina. *l.* 4. *C. eod.* Item merces venales. *l.* 34. *pr.* Et bona emphyteutica. *l.* 31. *& ibi Goth. hic.*

Quid eſt pignus ſpeciale?

℞. Quod præciſe in rebus certis, aut parte tantum bonorum conſtituitur. *l.* 1. *princ. hic.*

Qui poſſunt oppignorare?

℞. Ii; in quorum bonis res oppignoranda tempore conventionis eſt. *l.* 6. *C. ſi res pign. dat.* & alienandi ejus habeat poteſtatem. *l. ult. C. eod.* 1. Ut verus dominus. *l.* 6. *C. quæ res pign. oblig.* vel quaſi, ut emphyteuta. *l.* 12. *h. t.* aliique.

Quæ res poſſunt oppignorari?

℞. Qualeſcunque. *l.* 35. §. 2. *hic.* 1. Quæ revera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

era in oppignorantis ſunt dominio. 2. Vel in quaſi dominio, ut prædia vectigalia, ſuperficiaria & quæ à non domino bona fide acquiruntur. ec. *ante dicta*. etiam nomina creditorum. *l.* 4. *C. quæ res pign. obl. hic.* Uſusfructus. *arg. l.* 9. *addi a l.* 11. §. 2. *hic.*

Quæ prohibentur oppignorari?

℞. Quædam *natura*: ut res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, iiſque annexæ; ut jus patronatus, univerſitatis, liber homo, res alienæ, ſervitutes prædiales, ſive urbanæ, ſive ruſticæ, *per alleg. Enchir.* Quædam *lege*; ut prædia, vaſa, & veſtes eccleſiæ, res feudales, fundus dotalis, res litigioſa, res minorum, res fideicommiſſo obnoxiæ, præmia ſperata victoriæ, inſtrumenta ad agriculturam pertinentia. *Itidem per allegata in Enchiridio.*

Quomodo conſtituitur pignus?

℞. Quibuſcunque verbis, etiam ſine ſcriptura. *l.* 4. *ff. de pign.* & ſubſcribendo contractui, in quo res ſua obligatur. *l. fidejuſſor.* §. 1. *ff. de pign. & ibi gl. Bartol.* Etiam per pactum inter creditorem & debitorem initum; ut liceat creditori rem aliquam alienare pro ſuo credito. *Text. & ibi not. Bart. l.* 3. §. *fin. ff. qui pot. in pign.* Et quidem vel pure, vel adjecta conditione, & die. *l.* 6. *ff. quib. mod. pign. & hypoth. ſol.* aliiſque pactionibus.

Quis eſt effectus rite conſtituti pignoris?

℞. 1. Ut creditor pignus conſequutus ei incumbere. 2. Non conſequutus id perſequi. 3. Si ei incumbat, ſolutione principalis debiti non ſecuta diſtrahere poſſit. 4. Eadem ſecuta, debitori reſtituere teneatur.

Quomodo creditor incumbit pignori?

℞. Ita ut rem pignori datam teneat; non poſſideat. *l. pen.* §. *creditor. ff. qui ſatiſd. cog.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quomodo perſequitur pignus?

℞. Actione Serviana directa, vel quaſi Serviana, infra explicandis.

Quomodo ſolvitur pignus?

℞. 1. Debiti ſolutione, ſive vera & naturali. *l.* 9. §. 3. *De pign. act.* eaque integra. *l.* 6. *C. de diſtr. pign.* ſive ficta, puta debiti remiſſione. *l.* 1. §. 1. *ff. quib. mod. pign. & hypoth. ſolv.* 2. Debiti oblatione, conſignatione & depoſitione. *l.* 1. *C. qui pot. in pign.* 3. Voluntate creditoris expreſſa, vel tacita: puta ſi in venditionem pignoris conſentit. 4. Rei oppignoratæ interitu, &c.

TIT. XVI.

De verborum obligationibus.

Quid eſt verborum obligatio, alias ſtipulatio dicta?

℞. Eſt conceptio verborum, quibus is qui interrogatur ſe id, quod interrogatus eſt, congrua, & in continenti ſubſequente reſponſione daturum aut facturum promittit, eaque reſponſione ad idem dandum vel faciendum obligatur. *pr. hic. l.* 7. *ff. eod.*

Quotuplex eſt?

℞. Varie dividitur: Puta, 1. vel *ſecundum rem in ſtipulationem deductam*; vel *ſecundum modum*, quo ſtipulatio concipitur.

Quotuplex eſt ſecundum rem in ſtipulationem deductam?

℞. Sic aut eſt certa, aut incerta; puta rei certæ, vel incertæ; Aut *dividua*, puta rei dividuæ, ſeu quæ pro parte ſolvi poteſt, vel *individua rei*, quæ ita ſolvi non poteſt, *ut ſervitus.* Aut *mixta*, quæ partis quidem rationem natura recipit, ſed niſi tota detur, ſtipulationi non ſatisfiat; *ut hominis.* Aut *faciendi*, aut *dandi*, prout vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

vel res danda, vel factum in ſtipulationem deducitur.

Quomodo dividitur ſecundum modum ſtipulandi?

℞. Aut eſt 1. *pura*, quæ fit pure, citra diei, vel conditionis adjectionem. 2. *In diem*, quando adjecto die aliquid ſtipulamur. 3. *Conditionalis*, quando conditio ſtipulationi adjicitur. *Pac. eod.*

Quis eſt effectus ſingularum harum ſtipulationum?

℞. Quod pure promiſſum, ſtatim peti poteſt, ut confeſtim eodem die agi poſſit. §. 2. *hic. l.* 14. *De R. I. & quidem ſine ullo laxamento. l.* 118. §.2. *hic.* In diem promiſſum ſtatim quidem debetur; ſed priuſquam dies venerit, peti non poteſt: & ne ipſo quidem die, quo ſtipulatum eſt; ſed eo modo præterito. §. 2. *hic.* Quod ſub conditione ſtipulatum eſt (*ſeu in diem incertum, qui conditioni comparatur*) peti non poteſt, ſive à ſtipulatore, ſive ab hæredibus; niſi demum exſtante conditione. §. 4. *hic.*

Quid, ſi ſtipuler decem aureos quoad vivam; pura, an in diem ſtipulatio eſt?

℞. *Pura.* Quia tempus non differendæ, ſed multiplicandæ obligationis cauſa adjectum videtur. *l.* 118. §. 1. *h. t.*

Quæ eſt differentia inter ſtipulationem in annos ſingulos, & legatum annuum?

℞. Quod ſtipulatio in annos ſingulos ſit perpetua. *l.* 16. *ff. h. t.* legatum annuum morte legatarii finiatur.

An non & locus ſtipulationi adjici poteſt?

℞. Poteſt; ut, *Carthagini dare ſpondes.*

Quæ eſt natura talis ſtipulationis?

℞. Videtur quidem forma & conceptione ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

borum eſſe pura; revera tamen & effectu tempus habet adjectum.

Quomodo?

℟. Quia ab eo, qui ita promittit, quod ſe vel daturum promiſit, exigi non poteſt, antequam in locum quo ſe daturum promiſit, venerit, vel venire potuerit. §. 5. *hic.*

Quid eſt conditio?

℟. Quando aliquid in caſum dubium, ſeu contingentem, & ſic in futurum eventum confertur.

Quotuplex eſt?

℟. Vel poſſibilis, vel impoſſibilis, vel etiam (ut volunt) neceſſaria. ut *ſuprà tit. de hær. inſt.* explicatum.

Quomodo vero in ſtipulationibus conditiones exprimuntur?

℟. In futurum. Quod talis eſt natura conditionis. Si quæ in præteritum, vel præſens tempus conferuntur (cum proprie conditiones non ſint): aut ſtatim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, ut, *ſi Titius conſul eſt, vel ſi Mævius vivit, dare ſpondes? l. 37. & ibi Dd. D. ſi cert. pet.*

Quot modis in futurum exprimi conditio poteſt?

℟. Vel affirmative; vel negative: puta, *ſi hoc fiat, vel non fiat, dare ſpondes?*

Quis eſt effectus ſtipulationis affirmative conceptæ?

℟. Quod (quando quidem conditio eſt dubia) antequam exſiſtat conditio, neque obligatio eſt, neque actio.

Quis conceptæ negative?

℟. Quod ſub conditione poteſtativa concepta non impleatur niſi poſt mortem. puta: *Si Capitolium adſcendero, promittis decem te daturum.* Si dies ſit adjecta, ea tranſacta, purificetur. *l. 48. l. 115. §. 1. ff. hic.*

Cum

Cum res vel facta in ſtipulationem deduci poſſint, & inde ſtipulationes ſint vel dandi, vel faciendi; dic, quæ ſint ſtipulationes dandi & faciendi?

℞. Stipulationes dandi ſunt, in quibus hoc agitur, ut res aliqua promiſſori detur, ſive corporalis, ſive incorporalis, ſive ſpecies, ſive genera: faciendi vero, in quibus facta verſantur; ſive negative, ut aliquid à nobis non fiat, ſive affirmative, ut aliquid faciamus, comprehenſa. §. 7. *hic. & ibi Schneidw.*

Quales res & facta in ſtipulationem deducuntur?

℞. Quæ dari fierique poſſunt, ſive omnino tales ſint, ſive ex parte ſtipulatoris tantum.

Quot res in ſtipulationem deduci poſſunt?

℞. *Una, pluresve*, quæ dari fierive poſſunt.

Si plures res in ſtipulationem deducuntur; quid juris?

℞. Si *conjunctim* in ſtipulationem deducantur; omnes peti poſſunt: Si *disjunctim*; penes promiſſorem electio eſt. Niſi eam ſtipulator conſtituerit. *l.* 75. §. 8. *l.* 106. *hic. Cujac. in l.* 27. §. 7. *de pact. Treutl. eod.*

Tit. XVII.

De duobis Reis ſtipulandi, & promittendi.

Quot perſonæ ſtipulari & promittere poſſunt?

℞. Sipulari, & promittere unus, pluresve poſſunt. Qui Rei ſtipulandi vel promittendi dicuntur; prout quidem in hunc contractum veniunt. *princ. hic.*

Quis dicitur Reus ſtipulandi?

℞. Stipulandi reus dicitur, qui interrogat, & ſibi aliquid dari fierique ſtipulatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quis dicitur Reus promittendi?

℟. Reus promittendi dicitur, qui reſpondet, & aliquid dare vel facere alteri promittit. *text. eod.*

Quomodo conſtituuntur duo, pluresve Rei ſtipulandi?

℟. Ita; ſi, pluribus interrogantibus, aliquid ſibi dari, vel fieri, poſt omnium interrogationem, de eadem re, eodemque facto ſeparatim factam, promiſſor conjuncta oratione reſpondeat: *Spondeo.* Si prius uni, deinde alteri reſpondeat: alia atque alia erit obligatio; nec creduntur duo Rei ſtipulandi eſſe. *text. eod. l. duos reos. ff. eod.*

Quomodo conſtituuntur plures rei promittendi?

℟. Quando duo, pluresve, ſtipulanti eandem rem vel factum promittunt; ſive quando reſpondent conjunctim omnes; ut, *Mævi,* 10 *aureos dare ſpondes, &, Sei, eoſdem aureos dare ſpondes?* Quando ſi Titius ſtipulatur, & omnes reſpondeant ſimul, *ſpondemus*; vel ſinguli ſeparatim. *text. eod. t. 4. h. t.*

Quis eſt effectus plurium reorum ſtipulandi & promittendi?

℟. Quod ſi plures ſint, ſingulis in ſolidum debeatur, & ex iis quilibet id, quod in ſtipulationem deductum eſt, petere, & exigere, & quidem à quolibet ex reis promittendi poſſit. *l. 2. ff. eod.* Eorum vero uno ſolvente, ita perimatur obligatio, ut correus ſtipulandi nihil petere poſſit. *d. l. 2.* & adverſus eum is cui ſolutum eſt promiſſorem ſe defenſurum cavere tenetur. *l. 11. §. 21. ff. de legat. Reſpectu reorum promittendi*; Si plures ſint; quod ſinguli in ſolidum teneantur, ideoque ſinguli in ſolidum ad delectionem creditoris conveniri, & excuti poſſint. §. 1. *hic. ibi Schneidw. l. 1. C. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

An nihil hic jure novo notatum?

℞. 1. Jure veteri, ad diſcernendum, an aliqui duo rei eſſent, inſpiciebatur quid actum eſſet, ut ex mente contrahentium, an duo eſſent rei, judicaretur. Hodie eo non obſervato, non judicantur duo rei eſſe, niſi expreſſe dictum ſit, ſingulos in ſolidum ſe obligare.

An nihil praterea obſervandum?

℞. Omnino: ſcilicet, quod licet id dictum ſit, tamen conventus in ſolidum diviſionis beneficio, poſtulare poſſit, ut creditor actionem dividat, & pro parte virili ipſum tantum conveniat. Modo reliqui correi ſint ſolvendo, & præſentes; ac beneficio iſti non ſit renunciatum. *Auth. hoc ita. C. de duob. reis.*

TIT. XVIII.

De ſtipulatione Servorum.

Quid eſt ſumma hujus tituli?

℞. Quod ut liberi homines ex perſona ſua: ita ſervi ex perſona domini viventis ſeu defuncti poſſint ſtipulari. *Textus. hic.* Sed propter cauſam ſupra expoſitam hæc parum attendenda.

TIT. XIX.

De diviſione ſtipulationum.

Prater ſtipulationum diviſiones ante propoſitas, an non ſunt aliæ?

℞. Omnino (pro diverſitate juris, quo ſtipulationes introductæ ſunt) aliæ ſunt judiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes; id eſt, tam prætoriæ; quam conventionales. *princ. hic.*

Quæ ſunt ſtipulationes judiciales?

℞. Quæ mero officio judicis viventis, ubicunque ei æquum viſum fuerit, exercentur; & à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

jure civili, non prætorio, ſunt inventæ. §. 1. *hic. ibi Schneidw.*

Quæ prætoriæ?

℞. Quæ ſunt à jure prætorio; non civili.

Quæ conventionales?

℞. Quæ ex conventione utriuſque partis contrahentis concipiuntur, citra juſſum judicis aut prætoris. §. 3. *hic.*

Quæ communes?

℞. Quæ ſive jubente Prætore extra judicium, ſive officio judicis in judicio interponuntur. §. 3. *hic. Schneidw. eod. in 7.*

TIT. XX.

De inutilibus ſtipulationibus.

Quomodo vitiatur ſtipulatio?

℞. Vitiatur ſtipulatio; & inutilis fit Ratione 1. materiæ. 2. formæ. 3. finis. 4. cauſæ efficientis. 5. accidentis.

Quomodo ratione materiæ?

℞. 1. Cum res promiſſa eſt, ſive natura, ſive jure plane impoſſibilis. §. 1. *hic.* 2. vel cum propria, vel aliena in eum caſum in ſtipulationem deducitur, quo futura ſit propria. §. *item nemo. hic.* 3. Cum facta ſunt turpia & jure prohibita. *l. 26. de V. O.* Item factum eſt, vel datio aliena. §. 2. 3. 4. *hic.*

Promiſſio facti alieni an nunquam valet?

℞. Omnino certis caſibus. 1. Si promiſſio fiat ſub pœna. §. 18. *hic.* 2. Si promittatur factum hæredis ipſius promittentis. *l. 38. ff. eod.* 3. Quando quis promittit ſe facturum, & curaturum, ut alius tertius faciat, vel det. §. 3. *hic. l. 8. ff. eod.* 4. Quando ad factum alienum in ſtipulationem deductum, ipſe promiſſor tenebatur. *l. 14. §. ſed & ſi quis. ff. de conſtit. pec.*

An

An tertius extraneus ſtipulationi adjici poteſt?

℞. Omnino, ſed modo ſolutionis ergo; hoc eſt, ut cum effectu liberationis tuto ſolvere ei poſſit promiſſor; non ut extranea obligatio acquiratur. §. 4. *hic.*

Quid, ſi quis ſibi, & extraneo copulative ſtipuletur?

℞. Pro parte tantum valet ſtipulatio; ita ut extraneo nihil acquiratur, ſed ſtipulanti, & quidem pro parte dimidia ejus, quod promiſſum eſt. §. *quod ſi quis. hic.* Niſi ſtipulatio ſit facta copulative ei, qui noſtro jure ſubjectus eſt: puta patri & filio; domino & ſervo. §. *ei vero. hic.*

Quomodo vitiatur ſtipulatio, reſpectu formæ?

℞. 1. Si concepta eſt inter abſentes; puta per epiſtolam, aut nuncium. 2. Item ſi quis ad ea, quæ interrogatus eſt, non convenienter reſpondet. §. 5. *hic.*

Quomodo reſpectu finis?

℞. Quando quis alteri extraneo, id eſt, in ejuſdem utilitatem ſtipulatur, citra ullum ſuum intereſſe. Ita ut non ſolam quidem ſolutionem, ſed ipſam in eum conferat obligationem. §. 4. 18. 19. *hic.*

Quomodo reſpectu cauſæ efficientis?

℞. Quando ſtipulando contrahunt, qui vel omnino, vel ita ſaltem contrahere non poſſunt, 1. ſive quod contrahentium alter in alterius ſit poteſtate. §. 6. *hic.* 2. ſive ob alias cauſſas, Enchiridio expreſſas. *Quod videatur.*

Quomodo ex accidenti?

℞. Si impoſſibilis conditio affirmative adjiciatur ſtipulationi. §. 10. *hic.* Non, ſi negative. Quia tali caſu pro pura habetur. *l.* 7. *ff. eod.*

Quid,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quid, ſi ſtipulationi adjiciatur tempus, & quidem concipiatur poſt mortem ſtipulatoris, vel promiſſoris?

℞. Olim non valebat ſtipulatio; valet omnino hodie.

Quare?

℞. Quia ab hæredibus, & contra hæredes incipiunt hodie obligationes. *l. un. ut act. & ab hær. & cont. hæred. vide Enchiridion.*

An non præpoſteratione hodie vitiatur ſtipulatio?

℞. Olim quidem, tanquam contra naturam conditionis, concepta vitiabatur; valet hodie. §. 13. *hic. ibi Schneidw.*

Quid, ſi in conditionali ſtipulatione accidat, ut ante conditionis eventum moriatur ſtipulator?

℞. Cum ſtipulationes conditionales hodie ad hæredes tranſmittantur; hæredes ſtipulatoris adverſus promiſſorem, ejuſque hæredes agere ex ea poſſunt, eveniente conditione. §. 24. *hic.*

TIT. XXI.

De fidejuſſoribus.

Quid eſt fidejuſſio?

℞. Eſt contractus, verbis conſtans, alienæ obligationi firmandæ ita accedens, ut fidejubens, ſalva principali obligatione, pro principali debitore, fidem ſuam apud principalem creditorem ita interponat, ut, ſi contigerit iſtum fide & bonis deficere, ipſe ſit ſoluturus. §. 1. *hic.*

Qui poſſunt fidejubere?

℞. Omnes qui ſtipulari poſſunt. Niſi ſpecialiter prohibeantur; ut fœminæ, auctoritate SC. Velleiani. *t. t. ff. & C. ad SC. Vell.* Milites, *l. milites. §. fin. C. loc.* Servi, extra rem peculiarem. *l. 19. & 20. hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quibus obligationibus poteſt accedere fidejuſſio?

℞. Omni omnino obligationi. 1. Qualitercunque contractæ (*ſed ſecundum leges efficaci*) ſive re, ſive verbis, ſive conſenſu. 2. Cujuſcunque juris ſit, ſive naturalis ſive civilis, ſive naturalis & civilis ſimul. §. 1. *hic.* ſive criminalis. §. 1. *hic. l.* 1. *ff. eod.* At hactenus tantum, ut ſe ad pœnam pecuniariam, non corporalem, fidejuſſor obliget; & quidem ſive ſit ipſa principalis, ſive acceſſoria. Ut & fidejuſſor fidejuſſoris detur, qui indemnitatis dicitur.

Quomodo accidit principali obligationi?

℞. 1. Ut præcedat, vel certo ſequatur, principalis obligatio. §. 3. *hic.* 2. Ut ad idem ſe obliget fidejuſſor, quod eſt in principali obligatione. §. 7. 8. *hic.* Non minus ſit in ea, quam in fidejuſſoria obligatione. §. *eod.* Licet efficacius fidejuſſor obligari poſſit. *Vult. Iuriſp. lib.* 1. *cap.* 34.

Qualis debet dari fidejuſſor?

℞. Idoneus. A neceſſariis tamen perſonis qualiſcunque accipi debet. *l. edicto. ff. in jus vocatio.*

Quis eſt effectus fidejuſſionis?

℞. Quod fidejuſſor ad id, quod tempore fidejuſſionis in obligatione principali fuit, ſive ſors, ſive uſura, peræque teneatur, ac principalis debitor. *l.* 4. *in fin. ff. hic.* Nec ipſe tantum, ſed & hæredes ipſius. §. 2. Non tamen ad id, quod ex mora & delicto debitoris accedit. *l. centum. ff. de eo quod certo loco. l.* 22. *de act.*

Quatenus obligantur fidejuſſores?

℞. Si plures ſunt, in ſolidum non minus obligantur, & conveniri poſſunt. §. 4. *l.* 3. 16. 23. *C. hic.* 2. etiam ante principalem debitorem. *l.* 2. 3. 5. *C. hic.* Utrumque ſecundum jus vetus.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ beneficia conceduntur fidejuſſoribus ex novo jure?

℞. 1. *Reſpectu Rei principalis*, beneficium ordinis, & excuſſionis, de fidejuſſoribus dictum, quo creditor prius reum principalem cogitur excutere. *Auth. præſente. C. h. t. Nov.* 4. §. *ſi quis igitur.* 2. *Reſpectu fidejuſſorum*, beneficium diviſionis à D. Adriano conceſſum. Nempe cum plures confidejuſſores ſint; ut licet ſinguli teneantur in ſolidum; ipſo jure conveniri tamen non poſſint, niſi pro parte virili. §. 4. *hic.* 3. *Reſpectu creditoris & confidejuſſoris ſimul*, conceſſum eſt fidejuſſori beneficium cedendarum actionum, quo is ſolidum debitum ſolvere creditori non tenetur, niſi petenti ipſi ab eo ceſſis actionibus. *l.* 11. *C. hic.* Qua ceſſione negata ultra partem virilem non tenetur. *l.* 2. *C. hic.*

Beneficium excuſſionis, & diviſionis, an nunquam ceſſat?

℞. Imo pluribus modis, latius à nobis in Enchiridio explicatis.

An ſolutione facta, non competit fidejuſſori remedium adverſus principalem debitorem?

℞. Omnino; ut principale debitum, & omne damnum, & expenſas actione mandati, vel negotiorum geſtorum repetere poſſit. §. 6. *hic.* ſed ceſſis prius ei actionibus. Quod petenti fidejuſſori creditor negare non poteſt.

Quando ceſſio actionum petenda eſt?

℞. Ante ſolutionem, niſi aut creditor poſt eam ſponte cedere velit. *l.* 36. *hic.* Aut ea lege, ut actiones cederentur, à fidejuſſore ſit ſolutum.

Quibus modis tollitur fidejuſſio?

℞. Iiſdem modis, quibus ſtipulatio, vel contractus principalis. Puta: 1. ſolutione ejus, quod debetur. *l.* 33. *hic.* 2. Novatione. *l. novatione. C. hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

hic. 3. Prorogatione termini à creditore debitori ſuo facta contra leges conventionis, ad certum tempus obligationem reſtringentis. *Treutl. theſ. ult. hic.* 4. Confuſione actionis inter creditorem & debitorem. *l.* 93. §. *ult. de ſolut.* 5. Præſcriptione. *l.* 2. *C. de conſt. pec.* 6. Sententia definitiva. *Weſ. par. hic.* 7. Præſentatione rei principalis in judicio ſemel facta, aliiſque modis.

TIT. XXII.

De literarum obligationibus.

Quomodo contrahitur literarum obligatio?

℞. Quando quis debitor, ſpe futuræ numerationis, ex promiſſo creditoris concepta, dat alicui chirographum, quo confitetur, ſe pecuniam certam accepiſſe mutuo, quam tamen non accepit. *Schneidw. hic.*

Cur dicitur literarum obligatio?

℞. Quia ad eam ſcriptura adeo requiritur, ut ejus efficacia omnis ex ea pendeat.

Quæ eſt efficacia hujus obligationis?

℞. Ante biennium non eſt ita efficax, quin Reo competat exceptio non numeratæ pecuniæ, per quam actor repellatur; niſi revera numeratam debitori probet. *l.* 3. *C. de non num. pec.* Nec poſt biennium; ſi quidem Reus ſuam probet exceptionem. *d. l.* 3. *C. eod. Dd. communiter.*

Quando ergo proponi debet hæc exceptio?

℞. Olim debuit proponi intra quinquennium; hodie ex Juſtiniani conſtitutione intra biennium: idque continuum. *text. hic.*

Quo effectu proponitur utroque tempore?

℞. Ante biennium eo, ut liberetur Reus confeſſus, ac onus probandi in Actorem derivet: quo poſt biennium, eam ſi proponat, ſe ipſe gravat.

Qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quibus caſibus ceſſat hæc exceptio?

℞. 1. Si debitor partem ſortis, vel uſurarum ſolvendo cautionis fidem agnoverit. *l. 4. n. C. de non num. pec.* 2. Si ſubſtitutus ſucceſſerit in locum ejus, qui erat obligatus. 3. Si tranſactionis cauſa certam ſummam caverit. *d. l. n.* 4. Si argentariis certam quantitatem. *Nov.* 136. 5. In Inſtrumento depoſitionis certarum rerum. 6. In apochis publicis. 7. In apochis ſolutæ dotis, in contractibus. §. 1. *de non num. pec. Pacius, Enchirid. hic.*

TIT. XXIII.

De obligationibus ex conſenſu.

Quæ dicuntur obligationes conſenſu fieri?

℞. Ad quorum ſubſtantiam neque ſcriptura, neque verborum ſolennitas, nec res præciſe requiruntur; ſed ſecundum ſui naturam ſolo conſenſu perficiuntur; ideoque inter abſentem per epiſtolam, aut amicum fieri poſſunt. *text. hic.* 2. *l.* 48. *ff. de oblig.*

Quot ſpecies talium obligationum recenſet Imperator?

℞. Quatuor: emtionem & venditionem, locationem & conductionem, ſocietatem, mandatum.

TIT. XXIV.

De emtione & venditione.

Quid eſt emtio & venditio?

℞. Eſt contractus bonæ fidei ſolo conſenſu conſtans, de re aliqua emtori tradenda, idque pro certo pretio venditori in nummis ab eo dando. *princ. hic.*

Qualis ergo oritur ex hoc contractu obligatio?

℞. Reciproca: *Una*, qua emtor venditori ad perſol-

perſolvendum pretium; *Altera*, qua venditor emtori ad rem ei tradendam obligatur.

Quid differt hic contractus a permutatione?

℞. 1. Quod in permutatione res pro re detur, ſeu pecunia pro pecunia; hic pro pecunia, ſeu pretio, res. 2. Quod permutatio non perficiatur, niſi re ſecuta: emtio venditio ſimul atque in rem, ſeu pretium fuerit conſenſum, etſi numeratum non fuerit pretium; vel traditio non facta. *l. pr. & §. 2. ff. de permut. text. princ. hic. Plures recenſet Schneidw. hic.*

Quæ ergo ſunt hujus contractus ſubſtantialia?

℞. Tria: 1. Utriuſque contrahentium conſenſus. *l. 9. ff. hic.* 2. Res, ſeu merx, quæ venditur. *l. 8. ff. eod.* 3. Pretium. *l. 2. §. ſine pretio. ff. eod.* Non vero arrha, vel ſcriptura. *Schneidw. hic. §. pretium.*

Qualis hic debet eſſe conſenſus?

℞. Non in pretium, vel rem tantum; ſed in utrumque. *l. 9. ff. de contr. emt.*

Qualis diſſenſus circa rem vitiat hunc contractum?

℞. 1. Non qui eſt in ſolo nomine. *d. l. 9. §. 1. ff. hic.* nec omnis, qui in re eſt; ſed ſi ſit in ipſo corpore; puta, ſi venditor Cornelianum, emtor Sempronianum fundum intellexit. 2. Vel in ſubſtantia, ſeu materia rei. *Exempli gratia, ſi æs pro auro venditum. l. in venditionibus. §. 2. ff. eod.* Secus non; puta, ſi deauratum pro ſolido auro vendatur. *l. 14. ff. eod.* vel quis vinum Rhenenſe emens, putet ſe Hungaricum emiſſe. *l. 11. §. quamvis. l. 10. ff. eod.*

Quis diſſenſus reſpectu pretii vitiat?

℞. Si venditor id majus putavit, quam emtor; non ſi minus. *Vult. Iuriſp. cap. 3. n. 44.*

Quæ res poſſunt emi, vendi?

℞. Omnes ſive corporales, ſive incorporales: exſtan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

exſtantes, futuræ; propriæ, alienæ, iis exceptis, quæ jure prohibentur diſtrahi.

Quomodo poſſunt vendi res alienæ?

℞. Quia ex natura hujus contractus venditor tenetur de evictione. *l.* 16. §. 2. *De act. emt.* Si rem tradere ipſam non poteſt, liberabitur præſtando intereſſe. *per ea, quæ ſequuntur.* Ipſe vero dominus rem ſuam officio judicis evincere poteſt. *l.* 1. *de evict.*

Quæ res non poſſunt emi, vendi?

℞. 1. Quæ non ſunt, nec fore ſperantur in rerum natura. *l.* 44. *&* 57. *ff. de contr. emt.* 2. Quæ commercio ſunt exemtæ: ut ſacræ, ſanctæ, religioſæ. §. 5. *hic.* 3. Liber homo. 4. Res publicæ, univerſitatis. 5. Furtivæ, & vi poſſeſſæ, dotales, litigioſæ, reſtitutioni obnoxiæ; venena mala, aliaque. *Vide Enchiridium.*

An res propria emi poteſt?

℞. Minime, in tantum, ut & ſi juſſu emtoris ignorantis rem ſuam, alteri tradideris, non tranſeat in eum dominium. *l.* 16. §. 1. *& l.* 34. §. 4. *l.* 15. §. 2. *ff. de contr. emt.*

Quale debet eſſe pretium?

℞. 1. Certum. §. 1. *hic.* ſive in conventione quantitas abſolute exprimatur utrinque à partibus; ſive relate ad aliquid, ex quo certum eſſe poſſit. *l.* 7. §. *hujuſmodi. & l.* 1. *ff. de contr. emtion.* 2. Debet conſiſtere in pecunia numerata certæ & taxatæ quantitatis. §. 2. *hic.*

Quid, ſi id in arbitrium tertii conferatur?

℞. Valet contractus, ſi is æſtimaverit; ſecus non, *ſive non potuerit, ſive noluerit æſtimare.* §. 1. *hic. l. fin. C. eod.*

Quando cenſetur hic contractus eſſe perfectus?

℞. Statim ac de pretio, ejuſque quantitate; reque tradenda inter partes convenit, & ſi pretium nondum ſit numeratum, & traditio rei in-

terceſſe-

terceſſerit, nec arrharum nomine quicquam ſolutum ſit. *pr. hic.* aut in ſcripturam contractus non ſit redactus. *ibid.*

An nunquam, ut contractus ſit perfectus, requiritur ſcriptura?

℞. Omnino, quando convenit, ut ſine ea non conſiſtat. *ibid. & ſec. ante dicta.*

An pœnitentiæ locus eſt, ſi iſtorum, quæ ante dicta ſunt, aliquid deeſt?

℞. Omnino; niſi arrharum nomine aliquid fuerit datum. *princ. hic.*

An res vendita ſemper eſt periculo emtoris?

℞. Nequaquam, ſed certis caſibus manet periculo venditoris. Puta: 1. Si res vendita ſub conditione, pendente conditione perierit. Secus, ſi deterior tantum facta ſit. *l.* 8. & 10. *de per. & com. rei vend.* 2. Si res in genere vendita, *gl. in l. quod ſi neque. ff. eod.* aut talis, quæ in numero, pondere & menſura conſtat. *l.* 1. *l.* 4. §. *fin. l.* 15. *ff. eod.* 3. Si dolo, vel culpa venditoris, res perierit. §. *hic.* 4. Si venditor periculum & cuſtodiam rei venditæ in ſe ſuſceperit. §. 5. *verſ. ſane. hic.* 5. In venditione alternativa, ut *Sticho aut Pamphilo venditis.* Si pariter uterque perierit, ad emtorem quidem ſpectat periculum: ſi alteruter tantum, prioris interitus ad venditorem; poſterioris ad emtorem ſpectat. *l.* 34. §. *ſi emtio. ff. de contr. emt.*

Quot modis contrahi emtio poteſt?

℞. Aut pure, aut ſub conditione. §. 4. *hic.* aut in diem. *l.* 41. *ff. eod.* ex die. *l. fin. ff. eod.* ad diem. *l.* 80. §. *ſylva. ff. eod.*

Quinam contractus referuntur ſingulariter ad conditionales?

℞. Venditiones eæ, quibus res ad deguſtandum, vel ad menſuram venduntur. Puta, ut emtio vini non ſit rata, antequam vel deguſtatum, vel admenſum ſit, vel utrumque factum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quid juris circa ſingulas iſtas venditionis ſpecies, quoad rei venditæ periculum?

℞. Si ad deguſtationem ſolam venditum, vel menſuram; periculum vini ad emtorem tantum ſpectat, poſtquam deguſtatum, vel admenſum ſit. Ultima, id eſt, utraque conditione ſi venditur; periculum qualitatis uſque ad deguſtationem, ad venditorem; poſt eum demum ad emtorem periculum ſubſtantiæ, ſeu rei interitus, donec vinum admetiatur; Quamvis deguſtatum, ad venditorem pertinet. *l.* 34. §. *alia. & l.* 35. §. *pen. de contr. emt. l.* 15. *de peric. & com. rei. Weſ. par. de per. & com. rei vend. per totum.* Si vinum ſimpliciter ſeu per averſionem vendatur, omne periculum ſtatim ad emtorem tranſit. *l.* 4. §. *fin. l. ſi vina. ff. hic. t. Weſ. Par. eod. Pac. epitome. hic. theſ.* 19.

TIT. XXV.

De locatione & conductione.

Quid eſt locatio, conductio?

℞. Eſt contractus juris gentium, & bonæ fidei, quo uſus, vel fructus rei alicujus, vel opera, factumque hominis, pro certa mercede, conſtituitur. *l.* 1. *ff. h. t. Treutl. hic. theſ.* 2. Unde Locator dicitur, qui quid fruendum vel faciendum dat; Conductor, qui quid accipit.

Quæ res locari poſſunt, & quales?

℞. Omnes in commercio poſitæ, *arg. l.* 34. §. 1. *ff. de cont. emt.* etiam alienæ. *l.* 7. 9. §. *fin. l.* 15. §. 8. *hic.* item communes. *C. ſi res com. pign.* etiam feudum. *Vult. tr. de feud. c.* 2.

An promiſcue qualeſcunque?

℞. Tales eſſe debent, quæ utendo non conſumantur. *Vult. eod. num. hic.*

Quales operæ locari poſſunt?

℞. Honeſtæ & licitæ. *l.* 30. §. 3. *l.* 38. *ff. hic.*

Et

Et quidem tales, quæ in re alterius ſunt poſitæ, & ex quibus emolumenti aliquid exſiſtit: hominis; ſive corpore, ſive toto; ſive parte aliqua præſtandæ. *Treutl. eod. theſ. 2. tit. g.*

Quomodo hic definitur merces?

℞. Merces hic debet eſſe certa. *l. 2. l. 25. ff. h. t.* & ab initio conſtitui. *Schneidw. hic.*

A quibus definitur?

℞. Vel ab ipſis contrahentibus; vel alieno arbitrio. *§. 1. hic. d. l. 2.* Unde etiam in tertium collato arbitrio, ſententia ejus (modo certum definiat) valet. *d. l. 25. hic. l. ult. C. de contr. emt.*

Qua in re conſtat?

℞. Non tantum in pecunia numerata. *l. 19. §. 3. hic.* ſed & in qualibet re fungibili. *l. 19. §. 3. l. 2. C. eod.*

Quando pendi debet?

℞. Eo tempore, quo, ut ſolveretur, conventum inter partes. De eo ſi nihil actum, conſuetudo loci ſervatur; alias in fine anni ſolvitur; *l. 34. ff. de R. I. l. 54. §. 1. hic.*

Ad quod tempus poteſt locatio extendi?

℞. Tempus hoc dicitur *incertum*, quoad is, qui locavit, velit. *l. 4. ff. hic.* vel *certum*, quod initio definitur certo annorum numero, ita ut minus decennio ſit. *Vult. eod. n. 18.*

An ante definitum tempus alter contrahentium recedere à contractu poteſt?

℞. Non quidem regulariter; expelli tamen à locatore intempeſtive conductor poteſt, ſi juſta ſubſit cauſa.

Quæ ſunt juſtæ cauſſæ?

℞. Si reparatione domus locata egeat, aut conductor penſionem non ſolvat, aut re conducta male utatur. *Nov. 120. c. 8. l. 54. §. 1. h. l. 3. h. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

An & conductor conductioni poteſt renunciare?

℞. Omnino, quocunque tempore. *Treutl. hic. th.* 5. Sed itidem ex juſta cauſſa.

Quæ ſunt iſtæ?

℞. Poteſt conductor conductioni renunciare ex cauſſa, ſed juſta, timoris, puta damni infecti, *l.* 28. *hic.* vel incendii, *l.* 49. §. 1. *ad l. Aquil.* vel impetus hoſtilis. *l.* 13. §. 7. *hic.* vel peſtis. *Gayl.* 2. *obſerv.* 23. *n.* 9.

Quomodo finitur hic contractus?

℞. 1. Tempore præfinito in contractu, non ante; *niſi caſibus ſupra expreſſis.* 2. Si res locata vendatur. *l.* 25. §. 1. *l.* 23. *h.* 3. Ex beneficio legis ſecundæ. *C. de reſcind. vend.* Quod in hoc contractu locum habet, tam locatoris, quam conductoris reſpectu. *arg.* §. 1. *hic. l.* 2. *ff. l.* 21. *C. eod. Weſ. hic. Treutl. eod.*

Qualis contractus vocatur emphyteuſis?

℞. 1. Civilis. *l.* §. 3. *verſ. hic.* quo ſcriptura interveniente quæcunque res immobilis utenda fruenda conceditur; ſub lege meliorationis in fundo, & annuæ penſionis domino præſtandæ. §. 3. *verſ. ſed talis. hic. Treutl. eod. n.* 9.

Cur dicis, contractum emphyteuſeos eſſe juris civilis?

℞. Quod cum ob affinitatem, quam habet partim cum contractu locationis & conductionis, partim cum emtione & venditione, apud veteres eſſet dubius; Imperator Zeno ſua lege, *l.* 1. *C. de jure emphyt.* propriam ei formam, & definitum nomen dedit, atque ita ex ea proprium contractum fecit. §. 3. *hic.*

Quid differt à locatione & conductione?

℞. 1. Quod emphyteuſis emphyteutæ, quaſi dominium rei in emphyteuſin deductæ præſtet. *l.* 1. *ibi gl. ff. ſi ager vect.* non locatio rei conductæ conductori. *l.* 39. *ff. eod.* 2. Quod locator rei

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

conductæ nec ſervitutem, nec aliud jus imponere poteſt, omnino emphyteuta rei emphyteuticæ. *Vult. eod.* 3. Conductor mercedem ſolvit in compenſationem uſus rei conductæ. *ſec. dicta.* Emphyteuta penſionem non reſpectu fructuum acquiſitorum ſolvit, ſed in recognitionem acquiſiti quaſi dominii. *l.* 1. *&* 3. *C. hic.*

Quid differt ab emtione & venditione?

℞. 1. In emtionem venditionem veniunt non tantum res immobiles, ſed etiam mobiles; in emphyteuſin immobiles tantum. 2. In emtione rei venditæ verum, ac plenum; vel, ut loquuntur, directum & utile dominium, ad minimum ejus uſucapiendi conditio in emtorem transfertur. *not. in* §. 40. *&* 41. *ſup. de rer. diviſ.* 3. In emphyteuſi (ſi proprie loquamur) non tam ipſa res, quam rei uſus, adeoque tantum quaſi dominium, quod utile dicitur; non plenum, & verum, in emphyteutam transfertur. *gl. hic. in verb. auferre.* 4. In emtione venditione pretium conſiſtit in re numerata: in contractu hoc, in alia quavis re fungibili. *gl. hic. Vult. eod.*

Quomodo conſtituitur?

℞. Vel ultima voluntate, vel pactione inter vivos. *Obrecht. theſ.* 55. *Treutl. de loc. cond. th.* 11.

Quæ requiruntur ad eam conſtituendam?

℞. 1. Ut ager, ſeu prædium in emphyteuſin revera tradatur. *l.* 12. *fin. c. de fundis patrimonialibus. l.* 11. 2. Ut lex meliorationis & annuæ penſionis ſolvendæ emphyteutæ à domino imponatur. *l.* 1. *C. de jur. emphyt.* 3. Ut fiat ſcriptura interveniente. *d. l.* 1. 4. Idque vel ſimpliciter ſolius emphyteutæ, non ejus liberorum vel hæredum facta mentione. *Obrech. th.* 87. vel in perpetuum, vel ad tempus: Et quidem rurſus generaliter, ſine ulla ullius temporis ſpeciali expreſſione, aut cum ſpeciali certi ſive temporis, ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

generationis expreſſione. *Obrecht. eod. theſ.94.& ſeqq.* 5. Ut dominus proprietatem rei ſibi retineat, utilitate ad emphyteutam pertinente. *Obrecht. eod. th.* 118. & 128.

TIT. XXVI.
De ſocietate.

Quid eſt ſocietas?

℞. Contractus juris gentium conſenſu conſtans, in quo, bona fide, duo, pluresve, de rebus honeſtis, ſocietatem ineunt, eo animo, ut res, operæ, earumque lucra & damna inter ipſos communicentur. §. 1. *hoc t.*

In quibus conſiſtit ſocietas?

℞. 1. In bonis, rebuſque ſociorum omnium, vel unius, vel aliquorum, & in operis, aut ab uno aut aliquibus circa bona aut res præſtandis. 2. In lucro damnoque, poſt bona communicata, operaſque præſtitas inter ipſos communicandis. *Vult. juriſpr. eod. n. 7. & ſeqq.*

Qui poſſunt contrahere ſocietatem?

℞. Omnes qui poſſunt ſe obligare; nec contrahere ſocietatem ſpeciatim prohibentur. *Hector Felic. de ſocietate. cap.* 3. *n* 9.

Quæ poſſunt deduci in ſocietatem?

℞. Res, & operæ honeſtæ. *l. 5. h. t.* Quæ quidem ſunt in commercio. *l.* 63. §. *fin. h. t.* Non turpes. *l.* 53. & 57. *h. t.*

Quotuplex eſt?

℞. Vel *univerſalis*, ſeu bonorum omnium, quando puta vel contrahitur adjecto ſigno univerſali. *Schneidw. hic.* vel indefinite, nec ſigno univerſali, nec re, vel negotiatione certo expreſſis. *Schneidw. hic.* Vel *ſpecialis*, ſeu *particularis*; puta vel unius tantum rei, ut equi, vel certæ negotiationis unius, vel plurium. *Perez. hic. Vult. eod. n.* 13.

Quot

Quot modis contrahitur?

℞. 1. Vel *expreſſe*; quando duo, pluresve, deliberato, vel conſulto ſocietatem ineunt, vel tacite citra expreſſum conſenſum. 2. Vel ad certum tempus, vel ad mortem alicujus ex ſociis. *l. 1. h.t.* Nec enim ad hæredes tranſit. 3. Vel pure, vel ſub conditione. *d. l. 1. l. 3. hic.* 4. Vel expreſſis partibus lucri & damni ex ſocietate participandis; vel omnino non; vel ab una tantum parte expreſſis, *§. 1. hic. Weſ. par. eod. Pac. epitome. hic. th. 3.*

An hæredes ſocii ad eam cogi poſſunt?

℞. Minime. *l. 59. & 70. h. tit.* etſi teſtator juſſerit, vel juramento confirmatus ſit contractus. *Goth. ad l. 42. Gayl. 2. obſ. 204.*

Quæ regulæ obſervandæ circa formam ſocietatis?

℞. 1. Qualeſcunque pactiones de partibus lucri & damni præſtandas eſſe in ſocietate, etſi conventum, ut unus duas partes lucri & damni capiat, alter tertiam. §. 2. *hic.* 2. Item etſi conventum, ut unus partem lucri capiat, & damni nihil, alter totum damnum ſentiat. *eod.* præterquam ſi convenerit, ut alter ſociorum lucrum tantum percipiat; alter damnum, non lucrum. *l. 29. §. fin. ff. hic.*

Quid, ſi nihil convenit de partibus lucri & damni?

℞. Æquales præſtandæ. §. 1. *hic.* Et quidem geometrica proportione, ſecundum eam quantitatem, quæ in ſocietatem eſt collata. *Pac. not. eod. hic.*

Quid, ſi ex una tantum parte, vel lucri, vel damni partes ſunt expreſſæ?

℞. Quod in uno eſt expreſſum, in altero tacite repetitum cenſetur. §. 3. *eod.* Ut & ſic eandem portionem damni & lucri ſocii ferant.

Quid, ſi collata in arbitrium tertii vel ſocii partium definitio?

℞. Ad arbitrium boni viri partes ſunt conſtituendæ,

tuendæ, ut æquales ſint; Niſi alter plus, vel minus in ſocietatem contulerit. *ſecundum* §. 1. 23. *hic.*

Quid intelligitur per lucrum & damnum?

℞. Lucrum intelligitur, quod ſupereſt, omni damno deducto cum expenſis; damnum, quod ſupereſt, omni lucro deducto. §. 2. *hic.*

Quis eſt effectus ſocietatis?

℞. Quod ſocius ſocio ex æquo & bono præſtare debet, omnia, quæ in hunc contractum veniunt.

Quæ ſunt iſta?

℞. 1. Ut in medium conferat, quæ ex ſocietate penes ſe habet. 2. Lucrum vel æquis partibus, vel iis, de quibus convenit, communicet. *l.* 53. §. *damna. h. t.* 3. Damnum quod ſua culpa; lata puta, levi; non item leviſſima, dedit, reſarciat. *l.* 51. *l.* 72. *h. t.* 4. Rationes ſuæ adminiſtrationis (ſi quidem res ſocietatis adminiſtraverit), ſocio quandocunque exhibeat, & reliquum ſolvat. *arg. l.* 9. *princ. C. de edend. hic.*

Quando finitur?

℞. 1. Morte ſive naturali, ſive civili unius è ſociis. 2. Si res in ſocietatem deductæ non exſtant amplius in rerum natura, vel commercio. 3. Finito negotio, ob quod contracta ſocietas. 4. Publicatis bonis ſocii, & quidem quatenus publicantur. 5. Si ſocius cedat bonis. 6. Mutuo conſenſu. 7. Renunciatione unius è ſociis citra fraudem.

TIT. XXVII.

De mandato.

Quid eſt mandatum?

℞. Eſt contractus juris gentium, conſenſu conſtans; quo dominus negotium, bona fide gerendum

dum ſine mercede, committit procuratori id ſuſcipienti, ſive mandatario. *Pac. epitome. hic.*

Quot modis dividitur mandatum?

℞. Variis quidem, in Enchiridio noſtro expreſſis; ſed hic attendendus modus, ſecundum quem ab Imperatore mandatum contrahi docetur.

Quis eſt iſte?

℞. Quatenus mandatum dividitur ratione finis.

Quomodo ratione finis dividitur mandatum?

℞. In tale, quod initur utriuſque contrahentium gratia. *l.* 2. §. 4. *ff. hic.* Et tale, quod initur alterutrius è contrahentibus tantum, ſive ſolum, ſive etiam extranei gratia. *d. l.* 2. §. 23. *ff. hic.*

Quot modis ergo ratione finis contrahitur mandatum?

℞. Eos explicat Imperator, & ſunt ſex; quibus ſeptimum addimus.

Explica eos?

℞. Contrahitur mandatum: 1. mandantis tantum gratia, ut, *ſi mando, ut negotia mea geras, vel mihi fundum emas.* §. 1. *hic.* 2. Mandatarii tantum cauſſa, ut, *ſi alicui mando, ut ſibi fundum emat.* Quod conſilium potius eſt, quam mandatum, & ob id non eſt obligatorium. §. 6. *hic.* 3. Extranei tantum gratia, ut, *ſi tibi mando ut negotia Titii geras.* §. 3. *hic.* 4. Mandantis & mandatarii gratia. ut, *ſi tibi mando, ut procuratori meo pecuniam ſub uſuris credas.* §. 2. *hic.* 5. Mandantis, & extranei cauſſa. ut, *ſi tibi mando, ut negotia geras mihi cum Titio communia.* §. 4. *hic.* 6. Mandatarii, & extranei cauſſa. ut, *ſi mando tibi, ut Titio pecunias ſub uſuris credas.* §. 5. *hic.* 7. Mandantis, mandatarii, & extranei cauſſa: ut, *ſi mandet tutor contutori, ut ſervum neceſſarium pupillo emat. l.* 8. §. *ſi tutores. ff. h.t. princ.* & §. 6. *hic.*

Qui poſſunt mandare?

℞. Iidem, qui contrahere poſſunt: Etiam filius-familias. *l.* 12. §. 6. *l. pen. hic.* Mulier: modo non mandetur virile negotium. *Facit l.*7. §.1. *de inſt. act. l.* 10. §. 6. *hic.*

Quæ res mandari poſſunt?

℞. Res & facta. §. 12. §. 4. *hic.* futura, honeſta, licita. *l.*6. §. 3. *hic.* Non turpia, vel injuſta, nec actus legitimi, ut Aditio hæreditatis, Emancipatio. §. 11. *hic. de hæred. ab inteſt.* Adoptio. *l.* 24. *& ſeqq. de adopt.* Acceptilatio. *l.* 13. §. *pen. de accept.* Tutoris datio. *l.* 6. §.1. *de tut.* §. 1. *hic. de Attil. tut.*

Quæ eſt mandati formalis proprietas?

℞. Quod gratuito ſuſcipiatur, & nuda voluntate, nulla in ea mercede intercedente, ut in locatione, conductione. *Text. hic.*

Quis eſt effectus mandati?

℞. Quod contrahentes ſe invicem, ex iſto contractu, poſt ſuſceptum mandatum, ita obligent, ut mandatarius rem mandatam, ſecundum formam præſcriptam, & qualitatis circumſtantias, ita exſequi teneatur, ut non excedat fines mandati. *l.* 8. *hic. l.* 15. §. 1. *ff. h. t.*

Quot modis ſolvitur mandatum?

℞. 1. Re adhuc integra, voluntate contraria. §. *recte. hic.* Id eſt, revocatione mandatoris; Modo id faciat, antequam mandatarius cœperit mandatum exſequi; vel non revocari ipſius interſit. §. 9. *hic.* 2. Morte alterutrius naturali. *l.* 27. *pr. &* §. 3. *ff. hic.* 3. Renunciatione mandatarii, eaque tempeſtiva, & tali, ut non interſit mandatoris mandato renunciari. §. 12.

TIT.

Tit. XXVIII.

De Obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur.

Qui vocantur quaſi contractus?

℞. Qui neque ex contractu, neque ex delicto, neque quaſi oriuntur, & quos ab initio nulla anteceſſit expreſſa, ſed tantum per factum aliquod à lege ficta conventio. *princ. hic.*

Quot eorum ſpecies hoc titulo cenſentur?

℞. Quinque: 1. Negotiorum geſtio. 2. Tutelæ adminiſtratio. 3. Rerum communio. 4. Hæreditatis aditio. 5. Indebiti ſolutio. *Text. hic.*

Quid eſt negotiorum geſtio?

℞. Eſt quaſi contractus, quo quis negotium abſentis, atque ignorantis, ſine mandato, ſponte ſuſcipit.

Quomodo vocatur id ſuſcipiens?

℞. Qui negotium alienum ita ſuſcipit, negotiorum geſtor, hoc eſt, voluntarius procurator dicitur. *Treutl. diſp. 1. theſ. 1.*

Cur dicis, qui abſentis & ignorantis negotia ſuſcipit?

℞. Ut hic quaſi contractus à mandato & locatione conductione diſtinguatur; in quibus conſenſus eſt, non niſi duorum voluntate.

Cur requiris hic ignorantiam?

℞. Quia ut in illis contractus duorum conſtat voluntate; ſic hic, ſi dominus ſcit negotium ſuum geri, & cum poſſit, non impedit, tacendo conſenſiſſe, atque ita mandaſſe intelligitur. §. 1. *hic. Perez. eod.*

Cur requiris abſentiam?

℞. Requirimus eam non præciſe; ſed quia abſentes ſua negotia geri plerumque ignorant. *Perez. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quis eſt effectus hujus quaſi contractus?

℟. Quod qui aliena negotia adminiſtravit ex fide, reddita ſuæ adminiſtrationis ratione, omnia repetat in eandem adminiſtrationem impenſa.

Cur tutelæ adminiſtratio dicitur quaſi contractus?

℟. Quia inter pupillum, & tutorem nullum negotium contrahitur expreſſe: obligatio tamen hic mutua eſt inter tutorem, & pupillum ex tutelæ officio publica auctoritate impoſito.

Quæ ex eo oritur obligatio?

℟. Tutor quidem: 1. ad reddendam pupillo adminiſtrationis ſuæ rationem. 2. ad ei ſolvendum, quæ ex pupillaribus rebus apud ipſum reſident. 3. ad præſtanda damna, quæ ex officio tutelæ non ut oportet geſto, pupillo ſunt illata, obligatur. Et viciſſim pupillus ad præſtandum id, quod tutori abeſt ex tutela utiliter geſta, tenetur.

Quid eſt rerum communio?

℟. Eſt extra caſum expreſſe initæ ſocietatis, inter eos, qui ex accidenti præter propoſitum & conventionem expreſſam rem communem, vel unam, vel plures habent.

Cur utraque dicitur contractus?

℟. Quia cum utraque, ob defectum expreſſæ de communione conventionis, non ſit verus contractus; tamen, quia rem citra propoſitum communem, ſive ex titulo inſtitutionis, ſive, præter eum, ex alio, ex pluribus quiſque habere ſibi vult: & in univerſali communione, ſpeciatim, quia ſimul hæredes eſſe volunt, *Weſ. eod.* eo ipſo in communionem conſenſiſſe videntur; ideoque, non minus, quam ſi expreſſe in eum conſenſiſſent, ſibi mutuo obligantur. *Vult. eod. n.* 18. 19.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ad quid mutuo obligantur ita rem communem habentes?

℞. 1. Ad rerum omnium, quando à communione petitur recedi, diviſionem. *l.* 1. *t. t.* 2. Præſtationem rerum in rem communem communi nomine impenſarum. *l.*4. §. 3. *ff. eod.* 3. Fructuum ex communi perceptorum collationem. *d. l.*4. §. 3. *verſ. plane.* 4. Item eorum, quæ dolo, vel culpa in re communi admiſſa ſunt, reparationem. *l.* 4. §. *ſunt. l.* 8. §. *venit. l.* 20. *ff. com. divid.*

Qui obligantur ex quaſi contractu familiæ erciſcundæ?

℞. Cohæredes ſibi invicem. §. 4. *hic.*

Ad quæ omnino?

℞. 1. Similiter ad familiam erciſcundam; hoc eſt, hæreditatis, ſeu rerum hæreditariarum diviſionem. §. 4. *hic.* 2. Ad fructuum ab uno hærede perceptorum collationem. *l.*49. *ff.* §. *fructus. ff. eod.* eorundemque ſimiliter diviſionem. *Oldend. claſſ.* 5. *act.* 8. *n. VII.* Speciatim in diviſione inter liberos, ad collationem eorum, quæ unus illorum à parentibus accepit. *l.* 11. & 25. *c. luc.* 3. Ad reparationem eorum, quæ dolo, vel culpa ex hæreditate amiſſa, vel in ea deteriora facta ſunt. *l. bona quæcunque. l. incerti. C. fam. erciſc. Oldend. eod.* 4. Ad reſtitutionem ex hæreditate ab hærede ſublatorum. *l.* 3. *C. eod.* 5. Ad ſumtuum in hæreditate bona fide factorum reſtitutionem. *l. fin. C. eod. l. hæredes.* §. *ſi unus. ff. eod.* Denique ad commodorum & incommodorum hæreditariorum communionem. *l.* 10. *l.* 11. *l.* 19. *in fin. ff. eod.*

Quæ veniunt in diviſionem hæreditatis?

℞. Omnes res hæreditariæ tam ſoli, quam mobiles, ſive in hæreditate, ſive ex ejus occaſione; & uſucapione acquiſitæ. *l.* 8. 9. 10. 11. 12. *hoc t.* etiam alienæ à defuncto bona fide poſſeſſæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

d. l. 13. *eod.* aut pignori habitæ. *l.* 29. *h. t.* item culpâ cohæredis, vel dolo amiſſæ, vel deteriores factæ. *l.* 26. §. *ſed & ſi dolo. ff. h. t.*

Quæ non veniunt in eam?

℞. Non nomina. *l.* 4. *h. t.* nec pernicioſa, ut mala medicamenta, venena, libri improbatæ lectionis, &c. *Weſ. eod.* Nec quæ ſpeciali, hoc eſt, alio, quam inſtitutionis titulo, à cohærede poſſidentur. *l. cohæredes.* §. *quod pro emtore. ff. h. t.*

Quomodo aditio hæreditatis dicitur quaſi contractus?

℞. Quod qui eam adit, obligatur iis, quibus ex hæreditate aliquid debetur, quaſi cum illis contraheret.

Quibus ex aditione hæreditatis tenentur, qui eam adeunt?

℞. Legatariis non modo, ſed & creditoribus hæreditariis.

Quatenus utriſque?

℞. His quidem eo modo, quo defunctum habuerunt obligatum, cum quo una eademque perſona cenſetur: Legatariis vero ex quaſi contractu. §. 5. *hic.*

Quomodo tenentur legatariis, ex quaſi contractu?

℞. Quod licet cum iis defunctus non contraxerit, ſed ex ipſius ſola proviſione jus ipſorum pendeat; tamen hæres eo ipſo, quod hæreditatem adit, cum iis contrahere videatur. §. *hæred. hic. l.* 3. §. *fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.*

Quomodo indebiti ſolutio cenſetur quaſi contractus?

℞. Ratione initii. Quod is cui indebitum ſolutum, cenſeatur ſe obligare ad id, quod indebite accipit, reſtituendum.

TIT. XXIX.

Per quas perſonas nobis acquiritur obligatio.

Per quas perſonas acquiritur nobis obligatio?

℞. Non ſolum per nos ipſos, ſed & per alios, eoſque poteſtati noſtræ ſubjectos (ſervos puta & liberos noſtros). Per ſervos quidem ſive pleno dominio noſtros, ſive in quibus uſumfructum tantum habemus, ſive quos bona fide poſſidemus, & ruiſus vel nobis tantum competentes, vel cum aliis communes.

Quatenus per ſingulos acquiritur obligatio?

℞. Iiſdem modis, & eatenus, quatenus dominium acquiritur. *Quæ ſupra expoſui hic, pro repetitis habentur. text. hic.*

TIT. XXX.

Quibus modis tollitur obligatio.

Quibus modis tollitur obligatio?

℞. Duplex modus ſolvendæ obligationis ſtatuitur; vel ipſo jure, vel ope exceptionis.

Quid vocas ipſo jure, vel ope exceptionis, obligationes tolli?

℞. Ipſo jure tollitur obligatio, ita ut nulla ex ea detur actio. Ope exceptionis tollitur, ita ut ſuperſit quidem actio, ſed quæ propoſita exceptione evaneſcit. *Pac. Analyſi. hic.*

Quot modos tollendæ obligationis ipſo jure recenſet Imperator?

℞. 1. Solutionem. 2. Acceptilationem. 3. Novationem. 4. Delegationem. 5. Contrarium conſenſum.

Quid eſt ſolutio?

℞. Eſt totius debiti idonea ſatisfactio, credito-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ri loco, & tempore, reali præſtatione per debitorem ipſum: vel ejus nomine facta.

Quis recte ſolvit debitum?

℞. 1. Quivis habens rerum ſuarum adminiſtrationem. 2. Vel debitor ipſe, vel pro eo alius, debitore ſciente, vel ignorante. *text. pr. hic.*

Cui recte ſolvitur?

℞. 1. Creditori cuique; modo ſanæ mentis ſit, & juſtæ ætatis. 2. Tutoribus ſive curatoribus tempore adminiſtrationis ipſorum. *l.* 46. §. *tutela. ff. de adm. tut.* 3. Filiisfam. & ſervis dandis exigendiſque pecuniis præpoſitis. *l.* 18. *ff. de depoſito.* 4. Creditoris procuratori cum ſpeciali mandato; vel cui omnium negotiorum adminiſtratio commiſſa. *l.* 12. *præſolv.* 5. In contractu ſolutionis cauſa adjecto. *l.* 10. *ff. eod.* 6. Creditoris hæredi. *l.* 36. *ff. eod.*

Quid poteſt ſolvi?

℞. I. Idem quod debetur. *princ. hic.* non aliud pro alio. *l.* 15. §. *mutui. ff. de reb. cred. l.* 16. *C. de ſolut.* II. Totum debitum. 1. Niſi ab initio pactum intervenerit de parte ſolvenda. 2. Aut debeatur ex diverſis cauſis, & totum offeratur, quod ex una cauſſa debetur. *l. ult. quib. mod. pign. & hypoth. ſol.* III. Res pro re; ſed volente creditore. *l. ſi ſolutum. ff. de O. & A.* Modo cum debito ſit ejuſdem æſtimationis, & in ſolidum fiat accipientis. *l. ſi non ſortem.* §. *centum. ff. eod.* IV. Genere debito, quælibet ſpecies ſolvi poteſt. *l. ubi autem. ff. eod.*

Quid, ſi obligatio ſit alternativa?

℞. Electio eſt penes debitorem, utrum ſolvat. *l.* 95. *ff. eod.* ut & in legatis disjunctivis penes legatarium. *l.* 84. §. *Stichum. ff. de leg.* 1.

Quid, ſi factum ſit promiſſum?

℞. Interuſurii, non alterius facti præſtatione liberatur promiſſor. *l. qui res.* §. *mihi Romæ. ff. eod.*

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quomodo debet fieri ſolutio?

℞. Eo modo, quo debetur. Ideoque, 1. Loco. *l.* 3. *&* 9. *ff. de eo, quod certo loco.* 2. Item tempore & die conventis; non poſt eam. *l.* 85. *ff. eod.* Omnino ante. *l.* 70. *ff. eod.* 3. Etiam pendente adhuc conditione. *l.* 16. *ff. eod.* 4. Loco & die non obligatione adjectis, ſtatim. Quod tamen cum aliquo temporis laxamento, ex æquo & bono, accipiendum. *Vult. eod. n.* 27.

Quatenus per ſolutionem ſolvitur obligatio?

℞. Adeo: 1. ut etiam pignora, fidejuſſores, ac promiſſores, interceſſores, mandatores, & ejuſdem obligationis ſocii liberentur. *l.* 43. *ff. eod.* 2. Similiter fidejuſſorum ſolutio Reo proſit.

Quid, ſi quis ex pluribus cauſis debeat, nec ex omnibus ſolvat?

℞. Debens dicere poteſt, quo ſe potius debito velit exonerare. *l.* 1. *l.* 101. § 1. *l.* 5. §. 1. *ff. eod.*

Quid eſt acceptilatio?

℞. Eſt imaginaria ſolutio. §. 1. *hic.* Vel ſtipulatio, qua creditor, animo diſſolvendæ obligationis, debitori interroganti reſpondet, ſe creditum accepiſſe, quod non accepit. *d.* §. 1. *Vult. eod. n.* 1.

Quotuplex eſt?

℞. Duplex: Simplex, & Aquiliana; ſic dicta à Gallo Aquilio.

Quæ eſt ſimplex acceptilatio?

℞. Qua verborum obligatio ſimpliciter tollitur. *d.* §. 1. *hic.*

Quæ Aquiliana?

℞. Per quam, contra ipſius acceptilationis naturam, omnis generis obligationes, in ſtipulationem prius deductæ, deinde per acceptilationem tolluntur, *d.* §. 1. *h. l. Vult. eod. n.* 5.

Qui poſſunt acceptum ferre?

℞. 1. Quibus ex negotio, ſecum, vel cum eo cui ſucceſſerunt, geſto debetur: Modo ſui juris ſint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſint. *Vult. eod.* 2. & nomine proprio id faciant; non per procuratorem. *l.* 3. *ff. eod.*

Cui poteſt accepto ferri?

℞. 1. Debitori, ejuſque hæredi; & ex his quidem uni. *l.* 13. *ff. eod.* Non alii quam qui debet, vel qui debitori jure poteſtatis acquirit. *l.* 1. *an inutilis.* §. *accepto liberare. ff. eod.* Non patri, quod filiusfam. debet; ſed ipſi modo roganti. *d. l. an inutilis.* §. *filiusfam.* Non tutori, curatorive, quod minores debent utiliter. Niſi accedente novatione. *d. l. an inutilis.* Omnino ipſi pupillo ſine auctoritate tutoris. *l.* 2. *ff. eod.* 2. Uni ex pluribus ejuſdem obligationis ſociis; ita ut & cæteris proficiat. *l.* 22. §. *ff. eod.* 3. Fidejuſſori; ita ut Reo jam ante efficaciter obligato liberatio competat. *d. l.* 16. *ff. eod.*

Quid poteſt acceptum ferri?

℞. 1. Id ipſum quod debetur, ſive ex conventione, ſive ex delicto pecuniarium, ſed privatum ſit debitum. *l.* 13. §. *eum qui. l.* 14. *ff. eod.* 2. Nec integra tantum obligatio, ſed & pars ſtipulationis. *l.* 9. *&* 10. *ff. eod.* 3. Plures etiam res accepto ferri poſſunt, & una ex pluribus, vel certis, vel incertis contractibus, vel quibuſdam, exceptis cæteris. *l.* 18. §. *ex pluribus. ff. eod.*

Quomodo perficitur ſtipulatio?

℞. Verbis quocunque modo prolatis. §. 1. *hic.*

Quis eſt effectus acceptilationis?

℞. Quod, perinde ac ſolutione, ita diſſolvatur obligatio, ut nulla omnino maneat, aut nova aliqua ſubſequatur. *arg. d. l.* 5. *l.* 4. *& C. de tranſact.*

Quæ eſt novatio in ſpecie dicta?

℞. Eſt debiti ſeu obligationis in novam ſtipulationem tranſlatio talis; qua prior obligatio perimitur, abſque novæ perſonæ interventu. *l.* 1. *ff. de novat.*

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quomodo fieri debet novatio, ut conſtet?

℞. Olim (præterquam in certis caſibus) quocunque modo fiebat. §. 3. *hic. l. 1. C. & l. 2. ff. eod.* Hodie expreſſe fieri debet; Adeo quidem, ut aliter facta, ne ope quidem exceptionis tollat obligationem. *d. §. 3. hic. l. fin. C. eod.*

Qui poſſunt novare?

℞. 1. Ipſi tantum creditores, qui rerum ſuarum habent adminiſtrationem, aut alii ipſorum juſſu. *l. 3. l. 20. ff. eod.* Non pupilli, prodigi, minores abſque tutorum & curatorum auctoritate, conditionem ſuam meliorem non facientes, *l. 9. ff. eod. l. 15. ff. de ſolut.* 2. Tutores & curatores obligationes pupillares. *l. 12. ff. de admin. tut.* Si quidem id illis expediat. *d. l. 20. hic.* 3. Totorum bonorum procurator. *d. l. 20.* 4. Aliquando is, cui recte ſolvitur. *l. 16. ff. eod.* Licet non ſemper. *l. 25. ff. eod.*

Quæ obligationes poſſunt novari?

℞. Omnes, qualeſcunque ſint, & quocunque modo contractæ. *l. 1. ff. eod.* omniaque debita. *l. 2. eod.* etiam una ſtipulatione plures. *l. fin. ff. eod.* Item quæ in diem eſt, antequam dies veniat. *l. 5. ff. eod.*

Quæ obligationes non poſſunt novari?

℞. Non conditionalis, antequam exſtet conditio; nec futura, antequam ipſa conſtiterit obligatio. *l. 8. §. 1. l. 14. pr. & §. 1. ff. eod.*

Quis eſt effectus?

℞. Quod priore obligatione, una cum acceſſoriis, fidejuſſione puta & pignoribus, peremta. *l. 18. §. hic.* ex ſecunda is qui novavit, teneatur.

Quid eſt delegatio?

℞. Eſt mandatum, quo debitorem creditor jubet, quod ipſi debet, alteri promittere.

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Qui poſſunt delegare?

℞. Creditores iidem, qui novare. *l.* 15. *ff. de ſolut. hic.*

Qui poſſunt delegari?

℞. 1. Debitores. *l. delegare.* 11. *ff. de notat.* & quidem volentes; non inviti. *l.* 1. §. 6. *C. eod.* 2. Nec hi tantum qui principaliter ſunt obligati; ſed & promiſſores. & qui pro aliis fidem ſuam adſtrinxerunt. *l.* 26. §. *abeſſe. ff. mand.*

Quid differt delegatio à novatione?

℞. Non multum; præterquam quod in delegatione ſemper inſit novatio. *l* 2. *C. eod. Weſ. par. eod. n.* 8. Non ex diverſo novationi ſemper delegatio. *Weſ. eod. n.* 8.

Quis eſt effectus delegationis?

℞. Quod, ea rite facta, jure novationis prior contractus evaneſcat, & delegans liberetur debito. *l.* 2. *&* 3. *C. de novat.*

An & idem ſit per ceſſionem actionis?

℞. Licet per eam jura cedentis in eum, cui ceſſa ſunt, cenſeantur tranſlata: non tamen liberetur cedens.

An non ſunt caſus, quibus liberatur?

℞. Omnino: ſi lis cum ceſſionario ſit conteſtata, vel debitor partem debiti ſolverit; vel, ne ſolveret cedenti, ceſſionarius debitori denunciaverit. *l.* 3. *C. de novat.*

Quæ, & quomodo obligationes ſolvuntur mutuo conſenſu?

℞. Mutuo conſenſu ſolvuntur contractus qui conſenſu ſolo contrahuntur; & quidem dum res adhuc eſt integra. h. e. à neutra parte contractus eſt impletus. *l.* 1. *&* 2. *quando & quom. ab emt. reced.*

An non alii modi diſſolvendæ obligationis ipſo jure hic addi poſſunt?

℞. Imo: 1. Confuſio. 2. Compenſatio. 3. Tranſactio. 4. Rei debitæ interitus. 5. Oblatio, & obſi-

gnatio

gnatio pecuniæ, vel rei debitæ. *De quibus in his elementis agere ſuperſedemus: at latius in Enchirid. egimus.*

Quot modis ſolvitur obligatio per exceptionem?

℞. In contractibus varii ſunt tales modi, puta, 1. Exceptio pacti de non petendo. 2. Rei judicatæ. 3. Præſcriptionis. 4. Liberationis teſtamento legatæ. In delictis propria eſt mors naturalis. *utpote qua delictum exſtinguitur. t. t. C. ſi reus vel acc. mort.*

ELEMENTORUM JURIS CIVILIS LIBER IV.

TITULUS I.

De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.

Hactenus obligationes ex contractu, vel quaſi: ſequuntur quæ ſunt de maleficiis, vel quaſi; dic ergo,

Quid eſt maleficium?

℞. FActum illicitum, quo ex nocendi animo, cum ſcientia in faciendo, offenſio alicui contra jus infertur. *Vult. Iuriſpr. cap. 45. n. 10.*

Quomodo diſtinguuntur hic maleficia, & quaſi?

℞. Diſtinguuntur in vera; & quaſi maleficia, ex cauſa quidem interna.

Quæ dicuntur vera maleficia, ſeu propria?

℞. Quæ ex animi propoſito dolo committuntur.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ dicuntur quaſi, ſeu impropria maleficia?

℞. Commiſſa ſine dolo, aliqua tamen culpa: imperitia puta, aut negligentia.

Quotuplicia ſunt vera delicta?

℞. Sunt vel privata, vel publica.

De quibus agit hoc titulo Imperator?

℞. De privatis; de publicis agit *tit. ult.*

Quot recenſet privatorum delictorum genera?

℞. Quatuor. 1. Furtum. 2. Rapinam. 3. Damnum. 4. Injuriam. *text. pr. hic.*

Quid eſt furtum?

℞. Eſt contrectatio fraudulоſa rei alienæ corporalis, & quidem mobilis, privatæ, lucri faciendi gratia; vel ipſius rei, vel uſus ejus, poſſeſſionisve, invito domino facta. §. 1. *hic.*

Quotuplex eſt furtum?

℞. Vel *manifeſtum*: quando fur deprehenditur vel in ipſo delicto, vel loco delicti, aut ſaltem antequam eo pervenit, quo rem furtivam ferre deſtinaverat. Et quidem ſive apprehendatur, ſive fugiens, licet re furtiva abjecta, acclametur. §. 3. *hic.* Vel *nec manifeſtum*, quando furtum tum demum deprehenditur, poſtquam fur rem furtivam pertulit ad locum deſtinatum. §. 6. *hic.*

Quæ eſt utriuſque pœna?

℞. Furti manifeſti, de jure civili quadruplum; non manifeſti, duplum. §. 5. *hic. Quæ hodie ſit pœna, vide Enchiridium.*

Quot modis fit furtum?

℞. Variis: puta, 1. Cum quis animo intercipiendi rem alienam invito domino amovet: 2. Cum quis rem alienam invito domino, ita modo contrectat; ut eam doloſe de loco in locum moveat. 3. Vel poſſeſſione ejus itidem doloſe abutitur.

An ita abuſus ſit uno modo?

℞. Imo non uno; nempe: 1. Cum creditor pigno-

pignore, vel depoſitarius re depoſita utitur. 2. Cum commodatarius re commodata aliter utitur, quam convenit, ſive ad aliam rem, ſive diutius, aut longius id faciat. *text. hic.* §. 6. 7.

An iſtis modis ſemper fit furtum?

℟. Non aliter, quam ſi iſta committentes intelligant ſe id facere invito domino: vel ſi credant ipſum id non permiſſurum. §. 7. *hic.*

Quid, ſi quis putet invito domino ſe rem contrectare, cum id eo volente fiat?

℟. Ut furtum non committitur, niſi furandi animo; ſic nec fit, niſi revera fraus domino & injuria fiat. §. 8. *hic.*

An liberi hominis furtum poteſt committi?

℟. Omnino, ſi liberi noſtri ſint in poteſtate; & contra furem patri actio competit: non matri, ut quæ liberos non habet in poteſtate: multoque minus fratri, ſi homines liberi ſint.

Quid, ſi ſint ſui juris?

℟. Non furtum, ſed plagium, fieri proprie dicitur, cujus actionem etiam mater habet. *t. t. ff. & C. ad leg. Fab. de plagiar.*

Quatenus rei ſuæ furtum quis facere poteſt?

℟. Quatenus jus in rem ſuam alteri conſtitutum pervertit. *Puta debitor rem ſuam pignori datam creditori ſubtrahendo.* §. 10. *hic.*

An non aliquo modo furti tenetur, qui id ipſum non commiſit?

℟. Omnino: nempe 1. Ut jam dictum, & is tenetur, cujus ope & conſilio furtum factum. 2. Item, qui nummos excuſſit, ut alius eos raperet. *l.* 52. §. 13. *ff. eod.* 3. Qui ſcalas commodavit ad furtum committendum, ſed eo ſecuto. §. 11. *hic. l.* 54. §. 4. *ff. eod.*

Quis dicitur conſilium dare, & opem ferre?

℟. Dare conſilium videtur, qui furtum perſuadet, & ad illud faciendum inſtruit. *l.* 50. §. 3. *ff. hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ff. hic. Opem ferre videtur, qui adjutorium præſtat. *d. l. & §.*

Quæ datur actio ex furto?

℞. Actio furti, infra definita. *Tit. de Actionibus.*

Cui datur?

℞. 1. Cuilibet, cujus intereſt rem ſalvam eſſe. Domino rei furtivæ. §. 13. *hic.* 2. Etiam non domino, puta creditori; cui res pignori fuit obligata. §. 14. & 15. *hic.* 3. Fulloni, cui polienda, curandave veſtimenta. 4. Sarcinatori, cui ſarcienda tradita, eaque furto forte amiſſa, modo ſit ſolvendo. 5. Bonæ fidei emtori, & quidem ſive ſit ſolvendo, ſive non; re quidem tradita. *d. §. 15. ibi Schneidw.*

Quid hic juris in commodatario?

℞. Electionem habet dominus, utrum commodatarium civiliter, an furem actione furti malit convenire.

Quid, ſi alterutram eligat?

℞. Una electa, ad alteram non habet regreſſum; niſi rem ſubreptam eſſe, vel ignoraverit, vel dubitaverit. Si quidem variat, liberatur omnino commodatarius; licet ſequiorem exitum actio in furem habeat. §. 16. *hic.*

Quid in re depoſita?

℞. Non depoſitario, ſed domino, ſeu deponenti, actio competit. §. 17. *hic.*

An impubes rem alienam amovendo furtum facit?

℞. Ita demum, ſi proximus ſit pubertati, & ob id intelligat ſe delinquere. §. 17. *hic.*

Quid hic juris circa pœnam?

℞. In ea infligenda commiſeratione dignus, ut mitius puniatur. *l. 138. ff. de R. I. l. 37. §. 1. ff. de minor.*

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

An ſola actio furti naſcitur ex hoc delicto?

℞. Præter eam (cum ad pœnæ tantum perſecutionem pertineat) dantur, odio furum, ad rei perſecutionem plures.

Quæ ſunt illæ?

℞. 1. Ad exhibendum. *l.* 17. §. 1. *ff. de cond. furt.* 2. Rei vindicatio, & quidem adverſus quemlibet rei furtivæ poſſeſſorem; licet ipſe non ſit fur. 3. Condictio, quæ furtiva dicitur, adverſus furem ejuſque hæredem; licet non poſſideat. §. *ult. hic.*

TIT. II.

De vi bonorum raptorum.

Quid eſt ſecundum privatum delictum?

℞. Rapina.

Quid eſt rapina?

℞. Eſt contrectatio violenta, & fraudulosa rei alienæ mobilis, invito domino.

Quid differt à furto?

℞. Quod rapina atrocius ſit delictum, quam furtum.

Quamobrem?

℞. Quia palam fit, & per vim; furtum, clam, & ſine vi; magiſque in Rapina, apparet invito domino factum delictum, quam in furto. Quod in eo non doli modo, ſed & violentiæ interventus requiratur. *pr. hic. l.* 2. §. 2. 3. *&* 8. *ff. hic.*

Quæ eſt actio ex hoc delicto?

℞. Præter actionem furti, propria competit actio, à Prætore introducta, & vi bonorum raptorum dicta. *l.* 1. *ff. hic.*

Quæ ejus pœna?

℞. Intra annum eſt quadrupli; poſt annum in ſimplum.

Cui datur actio vi bonorum raptorum?

℞. Omnibus, quorum intereſt rem ſalvam eſſe:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

eſſe: & quidem ex iiſdem cauſſis, ex quibus datur actio furti, pro re clam ſurrepta. *text. hic. vide Enchiridium.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus dolo malo vel rapientem; vel rapinæ dolo cauſam dantem. *text. hic.*

Ad quid datur?

℞. Intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum; puta vel ipſius rei, vel quanti intereſt rem vel uſum eſſe ablatum; quod eſt ſimplum, hic quadruplandum. *Perez. hic. ex Schneid.*

Quid, ſi dominus rem ſuam ſciens rapuerit, vel alienam tanquam ſuam per errorem?

℞. Si dominus rem ſuam ita rapuerit, ab alio poſſeſſam, ejus dominio excidit. Si alienam; præter rem ipſam, etiam ejus æſtimationem vim paſſo præſtare debet. §. 2. *hic. l. C. unde vi.*

TIT. III.

De Lege Aquilia.

Quid eſt tertium delictum privatum?

℞. Damnum injuria datum, id eſt, factum ſine ullo jure; damnum alicui inferens, idque vel dolo, vel culpa.

Qua lege coërcetur?

℞. Lege Aquilia: ab auctore Aquilio tribuno plebis dicta.

Quot ſunt hujus legis capita?

℞. Olim fuere tria; hodie (quod ſecundum in deſuetudinem abiit) duo tantum ſunt in uſu. §. 12. *hic.*

Quid venit hic in æſtimationem?

℞. Ex verbis legis res peremta; ex interpretatione, præter rem, etiam id quod intereſt ſervum vel pecudem peremtum non fuiſſe. §. 10. *hic.*

Qua-

Quale damnum coërcetur primo capite?

℞. Hominis, vel quadrupedis occiſio, dolo culpave (etiam leviſſima) occiſoris & damnum dantis facta: & in committendo quidem potiſſimum verſans. §. 2. *&* 3. *hic.*

An hic venit homicidium neceſſitate factum, vel caſu?

℞. Imo vero neutrum.

Quare?

℞. Non primum (puta ſi quis latronem; inſidiatorem occiderit). quia quod quiſque ob tutelam corporis ſui facit, jure feciſſe exiſtimatur. Non alterum; quia omnis pœna culpam præſupponit. §. 2. 3. *hic.*

Quomodo Imperator hanc diſtinctionem declarat?

℞. Exemplis variis.

Quod eſt primum?

℞. In jaculis ludente exercitii cauſa; ita ut, ſi quis miles in eo campo, ubi ſolitum eſt exercitari, hominem occiderit, minime quidem; ſin vero in alio ad exercitium non deſtinato loco hominem occiderit, omnino teneatur; ac ſi alius non miles id admiſerit, culpæ reus ſit. §. 4. *hic.*

Quod eſt ſecundum?

℞. In putatore; ut ſi is ex arbore dejecto ramo, ſervum tuum tranſeuntem prope viam publicam vel vicinalem occiderit, nec proclamaverit (ut caſus evitari poſſet), reus ſit; ſi quidem putator proclamaverit, nec ſervus curavit præcavere, putator ſimiliter extra culpam ſit, ſi ſeorſim à via cædebat, vel in fundo medio. §. 5. *hic.*

Quod eſt tertium?

℞. In medico; qui ſervum ſecuit, vel curationem ejus dereliquerit, & ob id ſervus fuerit mortuus. §. 6. *hic.* vel ſi male eum ſecuerit, vel ſi perperam medicamentum dederit. §. 7. *hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quod eſt quartum?

Reſp. In mulione, qui, per imperitiam, vel infirmitatem, impetum mularum ſuſtinere non potuit, ſi inde ſervus fuerit oppreſſus; Et hoc quidem, ſi quis alius firmior eas regere potuerit. §. 8. *hic.*

Quod ultimum?

Reſp. In eo, qui equum quo vehebatur, regere non potuit; Si occiſo ſervo damnum dederit. §. *eod.*

Poteſtne actio legis Aquiliæ cum actione legis Corneliæ concurrere?

Reſp. Poteſt, ſi ſervus dolo malo occiſus fuerit.

Quo effectu?

Reſp. Ut liberum ſit domino ſervi, vel hac actione ad id quod privatum abeſt; vel publica accuſatione ad vindictam publicam & pœnam occiſoris agere. §. 11. *hic. l.* 23. §. 9. *ff. l.* 3. *C. eod.*

Quod eſt tertium caput hujus legis?

Reſp. Tertio capite cætera damna coërcentur, præterquam per ſervum & quadrupedem occiſum, nobis illata, non tantum in animalibus noſtris & hominibus, ſed etiam in quibuſcunque rebus inanimatis. §. 13. *hic.*

Quid differt hoc caput à primo, ratione condemnationis?

Reſp. Quod in hoc capite, non quanti eo anno, ſed quanti in diebus triginta proximis res plurimi fuerit, obligetur is, qui damnum dederit. §. 14. *hic.*

Cur minor hic pœna?

Reſp. Quia hic minus eſt delictum.

Quomodo?

Reſp. Quia magis delinquit, qui occidit, quam qui lædit modo; & æſtimanda clades hominis, vel pecudis (cujus uſus eſt major) quam feræ beſtiæ.

Quo-

Quomodo æſtimatio in utroque capite facienda?

Reſp. 1. Ita ut non ad affectionem ſingularem agentis; ſed ad commune judicium dirigatur. *l.* 33. *ff. eod.* 2. Ut in eam veniat non modo damnum ex læſo corpore paſſum; ſed etiam impenſæ, ratione læſionis contingentes. 3. Item operarum ceſſantium & impeditarum, ſive præſentium, ſive futurarum. *l.* 21. *cum ſeqq. per tot. hic. Weſ. par. n.* 7. *hic.*

TIT. IV.

De Injuriis.

Quod eſt quartum delictum?

Reſp. Injuria.

Quot modis accipitur hic vox injuriæ?

Reſp. Varie: 1. Pro omni eo, quod non fit jure. *l.* 1. *pr. ff. eod.* 2. Speciatim, pro damno culpa dato. *de quo tit. præcedent.* 3. Pro contumelia (*quomodo hic accipitur*). 4. Pro iniquitate, & injuſtitia. *text. pr. hic.*

Quæ ergo hic eſt injuria?

Reſp. Eſt delictum dolo malo in alterius contumeliam admiſſum.

Quot modis admittitur?

Reſp. Vel *re*, cum manus infertur; Realis dicta: vel *verbis*; Verbalis dicta.

Verbis admiſſa quotuplex?

Reſp. Duplex: 1. Facta *viva voce*, ut per convitium. 2. *Scriptis*; ut per famoſum libellum. §. 1. *hic.*

Quis committit ſcripto injuriam?

Reſp. 1. Qui libellum famoſum componit. 2. eum ſcripſit. 3. eum pandit. 4. eum emendum, vel vendendum curavit. *d.* §. 10. Sive id ſuo, ſive alieno nomine fecerit. *d.* §. 2. Item ſive nomen diffamati expreſſerit, ſive non. *Schneidw. hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quotuplex eſt injuria realis?

℞. Duplex: 1. Cum *in corpus* manus infertur. Idque vel *noſtrum*, cum quis verberatur, & pulſatur. *l.* 1. §. 2. *l.* 9. *hic.* vel *alienum*, cum verberantur alicujus liberi, familia. §. 2. *hic.* 2. Vel *extra corpus*; cum citra corporis contumelioſam tractationem facto quis deſpicitur. *d. l.* 1. §. 1. *l.* 15. §. 3. & 1. *hic.*

Quotuplex eſt injuria, ipſius contumeliæ ratione?

℞. Duplex: *levis*, vel *atrox*. §. 3. *hic.*

Quæ dicitur levis?

℞. Cum ex levi cauſa, quis leviter modo, ſive re, ſive verbis læditur.

Quæ atrox?

℞. Cum quis læditur cauſæ gravioris prætextu, verbiſque aut facto contumelioſioribus. *l.* 7. §. 7. *ff. hic. In utroque contumeliarum genere partis læſæ & lædentis, & loci ubi ſit læſio, habita ratione.*

Quot modis itaque æſtimatur injuria, levis ſit, an atrox?

℞. Injuria æſtimatur vel ex facto ipſo; vel ex inſtrumento, per quod; vel ex perſona, cui; vel ex loco, in quo infertur.

Quatenus ex facto?

℞. Cum quis armis læditur ita, ut ei vulnus inferatur, injuria æſtimatur ſecundum locum vulneris; puta, ſi os percuſſum, vel alius locus corporis tactus. *l.* 75. §. 8. *l.* 8. *ff. eod.*

Quomodo ex inſtrumento per quod illata injuria?

℞. Cum expenditur, gladio an fuſte facta ſit læſio.

Quomodo ex perſona ejus, cui infertur?

℞. Quatenus conſideratur ejus dignitas, vel cum injuriam inferente conjunctio.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quomodo ex loco, in quo illata?

℞. Quatenus conſideratur; publicus is ſit, an privatus & occultus: ſi publicus; ſacer an profanus.

Quæ ex iſtorum omnium conſideratione eſt injuriarum æſtimatio?

℞. 1. Ex *loco vulneris*; quod major æſtimatur læſio facta in corporis parte patente, quam tecta. 2. Ex *inſtrumento*, pro ratione læſionis non una eſt æſtimatio. 3. Ex *perſona læſa*: gravior eſt injuria illata dignioribus, quam indignioribus; iis quibus ſive ex ſubjectione obnoxii, vel cognatione, ſive affinitate conjuncti ſumus, an aliis; & quidem varie pro varia, ſive arctioris conjunctionis; ſive minoris, vel majoris ſubjectionis ratione. 4. Ex *loco, in quo illata*: gravior eſt illata in publico, ſive profano, ut in foro; ſive ſacro, ut in templo, quam in privato & occulto. §. 9. *ibid. Schneidw.*

Per quas perſonas patimur injuriam?

℞. Vel per nos ipſos, vel per alios.

Quomodo utroque modo?

℞. Per nos ipſos patimur injuriam, ſi ea directe nobis infertur. Per alios; ſi non ſolum ille, cui infertur, eam patitur, ſed nos per conſequentiam.

Quid requiritur, ut per alios injuriam patiamur?

℞. Duo: 1. Ut perſonæ, quibus infertur injuria, nobis ſint affectæ; ut, *uxor, ſponſa, liberi, ſervi.* 2. Ut injuriam inferens ſciat, eas nobis affectas eſſe. *l.* 18. §. *fin. ff. hic.*

Cur hoc?

℞. Quia inferens injuriam uxori, ſponſo, liberis, ſervis, ſi ſciat eorum qualitatem, marito, ſponſo, patri, domino intuliſſe videtur. *Schneid. hic.*

Quæ eſt injuriæ pœna?

℞. Circa eam valde variatum eſt jure, puta ex lege XII Tab. olim ob membrum ruptum, pœna erat talio, id eſt, ſupplicii ſimilitudo. 2. Ex prætorio jure injuriæ, ex æquo & bono, ſecundum gradum dignitatemque, vel etiam honeſtatem perſonæ læſæ facienda æſtimatio. 3. Ex lege Cornelia de injuriis criminalis actio injuriarum, ei competebat, qui pulſatus verberatuſque, vel cujus domus ſive propria; ſive conducta, ſive qua hoſpitio receptus fuit, vi introita eſſet. §. 7. 8. *hic.*

Quomodo agitur hodie de injuria?

℞. Duobus modis, mixto jure. Puta vel civiliter, vel criminaliter.

Quomodo civiliter?

℞. Cum actor injuriam ad animum revocatam jurejurando æſtimat, & ſibi pœnam, ſalva judicis moderatione, applicari petit. *d.* §. 7. *hic.* & *l.* 7. *ff. eod.*

Quomodo criminaliter?

℞. Cum pœna petitur fiſco applicanda. §. 10. *hic.*

An utraque ſimul intentatur?

℞. Imo vero, una electa, altera perimitur. *l.* 7. §. *ult. hic.*

An tantum injuriarum tenetur, qui eam intulit?

℞. Imo vero etiam, qui procuravit eam. Puta, qui aliquem conduxit, ut famoſum libellum affigeret; vel Satyram in alicujus contumeliam caneret, modo doloſe id effecerit. §. *non ſolum. hic.*

Quibus modis tollitur injuriarum actio?

℞. 1. Morte ſive Actoris, ſive Rei. *l.* 13. *pr. l.* 15. §. 14. *ff. hic.* 2. Diſſimulatione. §. *ult. hic. l.* 11. §. 1. *ff. hic* 3. Remiſſione expreſſa. *d. l.* 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

§. 1. *hic.* 4. Lapſu temporis, puta anni continui. *pr. inſ. de perp. & temp. act.* 5. *C. hic.*

TIT. V.

De obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

Quid eſt quaſi delictum?

Reſp. Quod non eſt dolo agentis, aliqua tamen ejuſdem, qui tenetur, vel alterius culpa commiſſum. *Vult. Iuriſpr. lib.* 1. *cap.* 15.

Quæ quaſi delicta recenſentur ab Imperatore?

Reſp. 1. Judicis litem ſuam facientis. 2. Cujus ex cœnaculo quid dejectum, aut effuſum eſt. §. 1. *hic.* Ejus, qui ea parte, qua vulgo iter fieri ſolet, quid poſitum, vel ſuſpenſum habuerit, quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere. §. *eod.*

Quatenus tenetur Iudex ex quaſi delicto?

Reſp. Male judicando, & per imperitiam quidem. *princ. hic.* non dolo. *De ita judicante, vide Enchiridium.*

Ad quid, & cui tenetur?

Reſp. Parti læſæ tenetur, in quantum æquum judici videatur; ejus errore & imperitia conſideratis. *Pac. Epitome. hic. theſ.* 46.

Quis tenetur, ex eo quod ex domo, vel cœnaculo, quid eſt dejectum, vel effuſum; & quatenus?

Reſp. Quiſquis in ea, vel eo habitat, ſive dominus, vel conductor, etiam habitet gratis. §. 1. *hic.*

Quando omnino?

Reſp. Etiam cum in eum locum, in quo vulgo iter fieri ſolet, per eos, quos ſecum habet in cœnaculo, quid dejectum, per quod damnum datum, ſive ſervos, ſive liberos. §. 1. *hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ hic eſt pœna?

Reſp. Dupli, quantum damni datum eſt, libero homine occiſo, 50 aureorum. Si modo nocuit, & vivit, quantum judici æquum videbitur; mercedis medicis præſtitæ, aliorumque in curatione factorum impendiorum, itemque per id factum amiſſarum & amittendarum operarum habita ratione. §. 1. *hic.*

Ad quid tenetur is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri ſolet, quid poſitum ſuſpenſumve habet, quod, ſi ceciderit, nocere poſſet?

Reſp. Datur inde in eum actio in factum ad pœnam 10 aureorum. §. 1. *hic.*

Quid hic juris circa filium ſeorſim habitantem?

Reſp. Ex his cauſis non patrem, ſed ſe ipſum filiusfam. obligat. §. 2. *hic. l. filiusfam. ff. de jud.* Idem in filiofamilias imperite judicante obſervatur.

Quæ præterea recenſentur quaſi delicta ab Imperatore?

Reſp. Exercitoris navis, item cauponæ, & ſtabularii, cum quid ex navi, caupona, aut ſtabulo, furto ab aliis aufertur: puta malis hominibus, quorum opera utuntur. §. *ult. hic.*

Quatenus hi tenentur?

Reſp. Actione in factum, in duplum ad reſtitutionem ejus, quod viator, vel vector de rebus ſuis in navi vel caupona, vel is, qui jumentum ſtabulavit, in ſtabulo amiſit. Quæ actio hæredi quidem datur; Non tamen adverſus hæredem. §. *ult. hic.*

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. VI.
De Actionibus.

Quomodo definit Imperator actionem?

Reſp. Actio nihil aliud eſt quam jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur. *pr. hic.*

Quotuplex eſt actio?

Reſp. Variæ ab Imperatore proponuntur diviſiones: 1. ex materia. 2. ex cauſſa efficiente. 3. ex cauſſa finali. 4. ex quantitate rei in actionem deductæ; eaque duplex. 5. ex qualitate ipſarum actionum. 6. ab incertæ quantitatis petitione.

Quæ eſt diviſio ex materia?

Reſp. Quod aliæ actiones ſunt in rem; aliæ in perſonam.

Quæ ex cauſſa efficiente?

Reſp. Quod aliæ ſunt civiles, aliæ prætoriæ.

Quæ ex cauſſa finali?

Reſp. Quod aliæ ſunt rei perſecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ mixtæ.

Quæ ex quantitate rei in actionem deductæ?

Reſp. Duplex eſt, ut diximus; 1. quod aliæ ſunt in ſimplum (ut omnes rei perſecutoriæ); aliæ in duplum, triplum, quadruplum. 2. Aliæ actiones ſunt perſecutoriæ; aliæ quibus limitate petimus; quantum quis facere poteſt. *Pac. hic.*

Quæ ex qualitate ipſarum actionum?

Reſp. Sunt aut bonæ fidei, aut ſtricti juris; ſed & aliquæ arbitrariæ.

Quæ ab incertæ quantitatis petitione?

Reſp. Quod aliæ ſint certi, quibus res certas; aliæ incerti, quibus res incertas petimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Dixiſti, ſecundum primam Imperatoris diviſionem alias eſſe in rem; alias in perſonam: dic, quomodo nomine tenus iſtæ actiones diſtinguantur?

℞. Quæ in rem ſunt reales, alias rei vindicationes: Quæ in perſonam, perſonales, alias condictiones dicuntur. *Pac. hic.*

Quæ eſt prima diviſio ab Imperatore propoſita à cauſſa?

℞. Sumta à cauſa materiali eſt hæc; quod aliæ actiones ſint in rem, ſeu reales, quæ vindicationes; aliæ in perſonam, ſeu perſonales, quæ condictiones dicuntur. *text. hic.*

Quomodo ſubdividuntur actiones reales?

℞. Duobus modis. Primo: aut ſunt *petitoriæ*, cum agimus de ipſa re, ejuſque dominio, & rei vindicationes propriæ, ſeu reales actiones dicuntur. Aut *poſſeſſoriæ*, cum de rei poſſeſſione agitur, & interdicta ſpeciatim dicuntur. *Vult. Iuriſpr. lib. 2. cap. 21. n. 1.*

Quod eſt alterum ſubdiviſionis membrum?

℞. Aut de re corporali agimus, & proprie, ac in ſpecie rei vindicationes dicuntur. §. 1. *hic.* Aut de re incorporali, quæ & ipſæ vindicationes rei, ſed abuſive appellantur: proprie actionis confeſſoriæ & negatoriæ nomen ſortiuntur. 2. §. *hic.*

Quotuplex eſt rei vindicatio?

℞. Duplex: 1. Vel *civilis*, quæ in ſpecie rei vindicatio dicitur; vel *prætoria*, de quibus §. 34. Id eſt, actio Publiciana, vel quaſi. *Vult. eod. & cap. 23. princ.* Et ad ſecundam actionum diviſionem pertinet diſtinctio. 2. Rei vindicatio eſt vel *ſpecialis*, quando res aliqua ſpecialis vindicatur; vel *univerſalis*, cum univerſitas, ſeu res univerſales vindicantur, & res ſpeciales tantum per conſequentiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quomodo ea dicitur?

℞. Hæreditatis petitio. *Vult. eod. cap.* 22. *pr.*

De qua rei vindicatione agit hic Imperator ſpeciatim?

℞. De rei vindicatione ſtricte accepta, eaque ſpeciali. *text. hic.*

Quæ eſt rei vindicatio, de qua hic Imperator ſpeciatim agit?

℞. Eſt actio realis, quæ datur domino directo, vel utili contra detinentem poſſeſſorem; vel quaſi, ad rem aliquam corporalem vindicandam; qua petitur ab Actore declaratio, ſe dominum iſtius rei eſſe, ejuſdemque reſtitutio una cum fructibus pendentibus, & exſtantibus. §. 1. *hic. l.* 25. *ff. de oblig. & act.*

Quotuplex eſt?

℞. Duplex. Directa, & utilis.

Quæ eſt directa?

℞. 1. Quæ datur ſoli, & vero domino, qui jure gentium, vel civili, dominium ſibi acquiſivit, & tempore oblati libelli non modo, ſed & litis conteſtatæ, dominus eſt, aut poſt eam dominium acquiſivit. *l.* 23. *pr. hic. l.* 23. *C. eod.* 2. Uxori de re dotali adverſus extraneum, conſtante matrimonio. *l.* 3. *& fin. C. hic.*

Quæ eſt utilis?

℞. Quæ datur Emphyteutæ. *l.* 1. §. 1. *ſi ag. vect. pet.* Vaſallo. *C. un.* §. *ter. a. de inveſt. rei al. fact.* Superficiario. *l.* 39. §. 1. *& ſeq. hic.* Et ſimilibus utile, ut vocant, dominium modo habentibus.

Quæ veniunt in hanc actionem?

℞. Res omnes corporales. *d.* §. 1. *hic.* quæ ſunt in commercio. *l.* 23. §. 1. *hic.* ſingulæ, ſeu univerſitatis factæ, ut grex. *d. l.* 23. §. 5. §. 23. *verſ. ſup. de rer. diviſ.* §. 18. *ſup. de legat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ubi inſtituenda?

℞. 1. In eo loco, ubi res controverſa ſita eſt. *l. 1. 2. 3. C. ubi in rem act. exerc. deb. & ibi Weſ.* 2. In loco domicilii, id eſt, ubi poſſeſſor domicilium habet. *l. actionum. 25. ff. de O. & A. Obrecht. eod. th.* 103.

Si res incorporalis petatur, quæ datur actio?

℞. Duplex datur, utraque peculiare nomen ſortita; una confeſſoria, altera negatoria dicitur.

Quæ eſt actio confeſſoria?

℞. Eſt vindicatio ſervitutis, ſeu actio competens alicui ratione juris, vel ſervitutis ſibi debitæ, vel fundo ſuo, vel quaſi ſuo directa contra impedientem.

Quæ negatoria?

℞. Quæ ſervitutem negat, libertatem vero aſſerit. Vel eſt talis actio, qua contendimus, res noſtras non ſervire rebus, ſeu perſonæ illius, qui prætendit jus ſibi in iis deberi: utraque eſt civilis, & utraque iterum duplex eſt; alia directa, alia utilis.

Unde actio confeſſoria?

℞. Oritur ex jure, quo acquiſita eſt ſervitus, quam vindicare cupimus, ut ex pacto, quo nobis eſt conſtituta ſervitus; aut ultima voluntate, qua nobis eſt relicta.

Unde negatoria?

℞. Ex jure dominii, quod, ut in re noſtra integrum retineamus, ac adverſum illum, qui ſervitutem imponere libertati rei noſtræ velit, jubet æquitas.

Adverſus quem datur confeſſoria?

℞. Adverſus dominum, vel poſſeſſorem rei ſervientis: vel eum qui dolo deſiit poſſidere: vel qui liti ſe obtulit. Item adverſus quemcunque alium ſervitutis uſum impedientem. *l. 1. §. 1. l. ult.*

ult. ff. ſi uſusfr. pet. l. 6. §. hær. a. l. 10. §. 1. ſi ſerv. vind. vel ut ſervitutis inſtrumenta reficiantur, non patientem. *d. l. loci corpus. §. ſi quis mihi. ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ut liber uſus ſervitutis, ſive nobis, ſive prædio noſtro debitæ concedatur. *Vult. eod. n. 37.*

Adverſus quem datur negatoria?

℞. Adverſus teſtantem aliquid in re aliena, aut etiam in propria, quod alienæ noceat. §. *contra quoque. hic. d. l. 2. ff. ſi ſerv. vind.* Item ſervitute uti non oportet utentem. *l. 9. l. 14. ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ad vindicandam rei noſtræ libertatem: idque vel ſimpliciter, & omni modo, vel reſpectu adverſarii cum quo agitur, ipſiuſque prædii. *l. 4. §. competit. ff. ſi ſerv. vind.* veniunt & fructus, ut in confeſſoria; puta quanti intereſt actoris, adverſarium non uti re ſua. *l. 4. ff. eod. Old. n. 7.*

Cum ſecunda diviſio ab Imperatore propoſita ſit, qua actiones dividuntur in civiles, & prætorias: dic primo in genere, quæ dicuntur civiles; quæ prætoriæ?

℞. *Civiles* ſunt, quæ oriuntur juribus, civili jure ad producendam actionem comprobatis. *Prætoriæ*, comprobatæ à Prætore ex ſua juriſdictione. §. 3. *hic.*

Quotuplices Prætorias proponit Imperator?

℞. Itidem vel in rem, vel in perſonam, vel pœnales.

Quas in rem?

℞. *Publicianam, reſciſſoriam, Paulianam, & quaſi Servianam.*

Quæ eſt actio Publiciana?

℞. Eſt actio prætoria, quæ datur amiſſa poſſeſſione ei, qui à non domino rem traditam, ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

juſta cauſſa dominii acquirendi, bona fide accepit, & necdum uſucepit. §. 4. *hic. l.* 1. *ff. de public. Vult. eod. cap.* 23.

Cui datur?

℞. 1. Tali, qui eſt in jure uſucapiendi, & bona fide, & juſto titulo acceptæ rei poſſeſſionem ante dominium, per completam uſucapionem acquiſitum amiſit. §. *eod. hic.* 2. Miſſo in poſſeſſionem, ex ſecundo decreto, ob non præſtitam cautionem. *l. damni infecti.* §. *non ſolum.* 15. *ff. de damn. infecto.* 3. Ei, qui emit à procuratore bonæ fidei poſſeſſoris, etiam contra ejus revocationem. *l. Papinianus. ff. de Publ. in rem act.*

Adverſus quem datur?

℞. Adverſus quemcunque poſſeſſorem, vel detentatorem rei; ſed titulum non habentem. *l. ſive autem.* §. *ſi duobus. ff. eod.* etiam eum, qui quaſi poſſidet. *Oldend. hic. n.* 12. Non adverſus verum dominum. *Old. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ad rei cum omni cauſa perſecutionem: ut rei vindicatio, cui ſimilis eſt. *unde utilis rei vindicatio dicta. Oldend. eod. n.* 4.

Quæ eſt actio quaſi Publiciana?

℞. Eſt actio in rem Prætoria, quæ reſciſſa uſucapione (quam factam eſſe negatur) inter abſentes datur priſtino rei domino; ad recuperandam rem ſuam à poſſeſſore uſucaptam, quaſi nunquam uſucapta eſſet. §. 5. *hic.*

Cui competit, & adverſus quem?

℞. Datur tribus. 1. Præſenti contra abſentem in civitate ipſius rem uſucapientem. *d.* §. 5. *hic.* 2. Abſenti, cujus res ita eſt uſucapta, contra præſentem eam uſucapientem. *gl. in d.* §. 5. *ſup. verb. in civitate.* 3. Abſenti contra abſentem; puta cum uterque abeſt, & uſucapiens & cujus res uſucapta eſt, poſt utriuſque reditum. *d. gl. & l. fin. ff. ex quib. cauſſ. mag. &c.*

Ad

Ad quid datur?

℞. Non tantum ad rem amiſſam, ſive mobilem, ſive immobilem; puta, quæ uſucapi potuit, reſciſſa uſucapione, recuperandam; ſed & ad lucrum interim perceptum. *l. 27. ff. d. t.* atque ita ad pleniſſimam indemnitatem. *l. 18. ff. eod.*

Quomodo procedit hæc actio?

℞. Primo reſcinditur uſucapio, licet completa, judicis officio, per impetratam reſtitutionem in integrum. Deinde, eo facto, agitur ad rei, quæ uſucapta fuerat, reſtitutionem. *Vult. hic.*

Intra quod tempus petenda eſt reſtitutio in integrum?

℞. Intra quadriennium continuum. *l. fin. C. de temp. in int. reſt.*

Intra quod tempus intentanda quaſi-Publiciana actio?

℞. Intra annum utilem, poſt impetratam reſtitutionem, currentem à die imploratæ reſtitutionis. *§. eod. hic. Dd. commun.*

Quæ eſt actio Pauliana?

℞. Eſt actio in rem prætoria, qua creditores res in fraudem ſuam alienatas, reſciſſà traditione, repetunt, quaſi nunquam traditæ fuiſſent. *§. 6. hic. l. 1. C. de revoc. his, quæ in frau. cred.*

Cui datur?

℞. Creditoribus, & eorum ſucceſſoribus. *l. 10. §. 12. §. fin. ff. eod.* Curatori bonorum eorum, quorum in fraudem aliquid geſtum, vel alienatum eſt. *l. 1. §. ait ergo & l. 2. & 3. ff. quæ in fraud. cred.*

Adverſus quos?

℞. 1. Adverſus eos, qui ſcientes debitorem non eſſe ſolvendo, aliquid cum eo gerunt, vel paciſcuntur; ut habere deſinat id quod habet, tanquam adverſus fraudis participes. *l. 1. §. 12. l. 10. pr. §. 1. 2. ff. d. t.* 2. Adverſus ipſos debito-

res,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

res, in fraudem creditorum bona ſua alienantes. *l. ult. ff. eod.* 3. In hæredes, ſed quatenus ad eos pervenit. *l. ait Prætor. ff. hic. Weſ. eod. n.* 10.

Ad quid?

℞. Ut omnia in fraudem geſta & alienata reſtituantur in priſtinum ſtatum, in quo fuere ante alienationem. *l. ult. §. ſi à ſocero. ff. hic.*

Quando, & quamdiu competit?

℞. Statim ex die alienationis fraudulentæ, *l. quod autem. §. fin. l. ait prætor.* 10. *pr. & §. annus.* 18. *ff. hic.* intra annum utilem. Poſtea non niſi de eo, quod ad fraudulentum debitorem, vel ad contrahentem cum eo pervenerit, aut ad alterius hæredes: *d. l. ait prætor. §. hæc actio.* 24. *Old. eod.*

An non ſunt aliæ actiones Paulianæ affines?

℞. Omnino, Faviana, quaſi-Faviana, Calviſiana.

Quæ eſt actio Faviana?

℞. Quæ datur patrono, in revocandis bonis liberti inter vivos, vel ultima voluntate fraudulenter alienatis, ut minus tertia parte patronus habeat. *l.* 1. §. 1. *C. ſi quid in fraud. patroni.*

Quæ eſt actio quaſi-Faviana?

℞. Quæ filio adrogato datur ad id, quod à patre adoptivo in fraudem ejus alienatum eſt. *l. fin. ff. eod.* puta ita ut poſt emancipationem vel exhæredationem, quarta (ei jure iſtis caſibus debita. §. *cum impubes. ſup. de adopt.*) exſtare non poſſit, uſque ad iſtam quartam revocandam. *d. l. fin.*

Quæ eſt Calviſiana?

℞. Ea indifferenter competit tam creditoribus, quam patronis ad revocandas alienationes in fraudem eorum factas. *l. in Faviana. ff. ſi quid in fraud. patr.*

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ eſt actio Serviana?

Reſp. Eſt actio prætoria realis, quæ datur locatori ad res in prædium conductum, ut perpetuo illic eſſent, illatas, vel invectas, ſcienter alienatas à conductore revocandas.

Quæ cauſſa actionis?

Reſp. Quod res tales locatori pro penſione, & rei locatæ deterioratione, donec ei ſatisfiat, tacite ſint obligatæ. §. 7. *hic. l.* 5. *C. locati.*

Cui datur, adverſus quem, & ad quid?

Reſp. Datur domino fundi, ſeu locatori, eorumque hæredibus, adverſus colonum, ſive inquilinum, ad perſequenda ea, quæ à colono invecta, & illata ſunt, & quidem ob id jus pignoris.

Quæ eſt actio quaſi-Serviana?

Reſp. Eſt actio in rem prætoria, quæ datur Creditori contra rem ipſi, vel tacite, vel expreſſe obligatam, poſſidentem, ad ejuſdem rei poſſeſſionem conſequendam; eamque, niſi à debitore fuerit redeınta, vel retinendam, vel alienandam. *verſ. quaſi Serviana.* §. *eod. hic.*

Cui datur?

Reſp. 1. Specialiter cuilibet creditori, cui bona debitoris ſunt expreſſe obligata. *l. ſi debitor. l. ſi fundus.* §. *ſi duo pariter. ff. de pignor. & hypoth.* ejuſque hæredibus, & quidem omnibus in ſolidum. *l.* 1. *C. ſi unus ex pluribus appell. l. ſolutum.* §. *ſi creditori. ff. de pignor. act.* 2. Legatario, cui res legata eſt oppignorata. 3. Ceſſionario, vel pignoris emtori. 4. Secundo debitori, cui à priore nomen debitoris ſui obligatum, vel pignori datum. *auth. hoc ſi debitor. C. de pignor. & hypoth.*

Adverſus quem?

Reſp. Adverſus debitorem principalem; cujus res pignori obligata eſt. *d. auth. hoc ſi debitor.* ejuſque hæredes poſſidentes. *d. l.* 2. vel tertium ejuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ejuſdem poſſeſſorem. *l pignoris. C. de pignoribus, & hypoth.* vel eum, qui dolo deſiit poſſidere. *l. fundus. §. in vindicatione. ff. de pignor.*

Ad quid?

℞. Ad rei oppignoratæ perſecutionem. *l. rem alienam. ff. de pignor. act.*

Quas actiones prætorias perſonales proponit Imperator?

℞. Tres: 1. de conſtituta pecunia. 2. de peculio. 3. actio in factum ex jurejurando.

Quæ eſt actio de conſtituta pecunia, ſeu conſtitutoria?

℞. Eſt actio prætoria perſonalis, rei perſecutoria, quæ datur adverſus eum, qui conſtituit ſe ſoluturum, quod prius ipſe, vel alius, ex quacunque cauſa, etiam ex nudo pacto, & naturali tantum obligatione debebat. *§. 9. hic. l. 2. C. de conſt. pec.*

Cui datur hæc actio?

℞. 1. Creditori. 2. Hæredibus ejus, cui conſtitutum eſt factum. *l. 2. pr. verſ. ſed & hæred. C. eod.* 3. Procuratori, loco domini. *l. 5. §. 6. ff. eod.* 4. Pupillo. 5. Municipibus, furioſo, prodigo, ex conſtituto facto tutori, vel curatori. *d. l. 5. §. 7. 8. 9. ff. eod.* 6. Illi, cui reſtituta eſt hæreditas. *l. 22. ff. eod.* 7. Domino ex conſtituto, quod ſervo factum. *d. l. 5. ff. eod.*

Adverſus quem?

℞. 1. Adverſus ipſum conſtituentem. *text. hic.* ejuſque hæredes. *l. 1. C. eod.* 2. Contra filiumfam. conſtituentem. *d. l. 1. §. 3. ff. eod.* 3. Contra fœminas pro ſe, non pro alio conſtituentes. *Propter SC. Velleianum, quo pro aliis intercedendo, non obligantur efficaciter. tit. ad l. SC. Vell.*

Ad quid?

℞. Ut reus conventus det, vel faciat, quod con-

conſtituit, ſi quidem id certum fuerit: ſi incertum, ut tanti condemnetur, quanti juratum fuerit. *l. qui injuria.* 19. *ff. de conſt. pec.* Item ut conſtituens det pignus, vel fidejuſſores, vel inſtrumentum. *l. qui autem.* §. 1. *ff. eod.*

Quid eſt actio de peculio?

R. Eſt actio in perſonam, prætoria, qua pater, vel dominus, tenetur ex contractu, ſeu negotio geſto à filiofamilias, vel ſervo, merce peculiari, ipſis ignorantibus, vel ſcientibus, in quantum peculii vires pati poſſunt.

Quid eſt peculium?

R. Quod domini ſervis, vel patres ſuis liberis, ſeparatim à rationibus ſuis, deducto eo, quod ipſis debetur, habere permittunt. *l. 5. §. fin. de peculio.*

Ad quid datur hæc actio?

R. Ad tradendam rem, quæ eſt in peculio, pro ſolutione debiti, à ſervo, vel filio contracti; ſed quatenus ſe peculii quantitas extendit; deducto eo, quod patri vel domino competit. *l. 9. §. 1. & ff. eod. Schneidw. hic. n. 36.*

Quæ eſt actio ex jure-jurando?

R. Eſt actio prætoria, perſonalis, ei competens, qui accommodante Prætore, & petente adverſario, juravit aliquid ſibi deberi, vel rem aliquam ſuam eſſe. §. 11. *hic.*

Cui datur?

R. Ei: 1. qui juravit, deferente adverſario, ejuſque hæredibus. 2. Principali ex procuratoris, vel defenſoris juramento. *l. nam poſteaquam.* §. 6. *ff. eod.* 3. Patri, vel domino, ex juramento filiifam. vel ſervi. *l. ſervus. l. multo magis.* 24. *ff. eod.* 4. Fidejuſſori ex juramento rei. *l. in duobus.* 28. §. *quod reus.* 1. *ff. eod.*

Adverſus quem datur?

R. 1. Adverſus juramentum deferentem, ejuſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

que ſucceſſores; ſive ſingulares, ſive univerſales, penſata tamen qualitate cauſſarum, ex quibus juratum. *d. l. nam poſteaquam. l. 3. §. quacunque act. ff. eod.* ſive in reali, ſive in perſonali actione. *d. l. jusjurandum.* 34. §. *ait prætor. ff. eod.* 2. Adverſus ſocium deferentis; licet ipſe non detulerit. *d. l. in duobus. in pr.* 3. Ex juramento, ſervo, vel filiofam. delato contra patrem, vel dominum, quatenus in peculio. *l. quidam. ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ad id, quod juratum eſt, obtinendum ab Actore. Hoc eſt, in actione reali ad rei, cum omni cauſa, reſtitutionem; *l.* 11. *in fin. pr. ff. eod.* in actione perſonali ad contractus, eorumque, quæ contractum ſequuntur, obſervationes. *l.* 13. §. 3. *ff. eod.*

Quid hic quæritur?

℞. Tantum, an juratum ſit; non an id quod petitur debeatur. *text.* §. 11. *hic. l.* 5. §. 2. *ff. eod.*

Quas actiones prætorias pœnales, hoc eſt, pœnæ perſequendæ competentes, proponit Imperator?

℞. Tres: 1. Albi corrupti, ſeu *de albo corrupto.* 2. Ex edicto, de in jus vocando. 3. Ex edicto, ne quis eum, qui in jus vocatus eſt, vi exemerit. §. 12. *hic.*

Quæ eſt actio albi corrupti?

℞. Eſt actio popularis, quæ datur contra eum, qui quid ex albo Prætoris, quod juriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitum erat, vel per ſe, vel per alium dolo malo corrupit, vel ſuſtulit; idque ad pœnam 50 aureorum. *l.* 7. *ff. de juriſd.*

Quid, ſi duo, vel plures, album corruperint?

℞. Singuli in ſolidum tenentur, nec præſtatio unius liberat alium. *l.* 7. §. *fin. ff. de juriſd.*

Cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Cui datur hæc actio, & adverſus quem?

℞. Cum popularis ſit, datur cuilibet de populo, & judicio agere non prohibito. *l. 4. ff. de popul. act.*

Adverſus quem?

℞. 1. Adverſus dolo malo id, quod perpetuæ edictionis cauſa propoſitum in albo, corrumpentem. *ſec. dicta.* 2. Vel tollentem, licet non corrumpat. *d. l. ſi quis id. §. ſervos.* 3. Adverſus delentes imagines eorum, qui perpetuæ infamiæ cauſa in foro ſunt depicti. *Dd. in d. l. ſi quis.* 4. Contra ſurripientes in ſcriniis publicis depoſita. *Iaſon. hic. n. 12.* 5. Contra corrumpentis mandatores. *d. l. ſi quis.* ad pœnam mox exprimendam. Adverſus ſingulos in ſolidum. *ſecundum dicta l. 8. ff. de omni jud.*

An contra corrumpentis hæredes?

℞. Non. *l. fin. ff. de pop. act.*

Ad quid datur?

℞. Ad pœnam 50, ut plerique interpretes legunt, ſeu ut Græci, 500 aureorum. *gl. in verb. aureorum.* hodie arbitrariam. *Vult. hic. n. 15.* applicandam Actori, ut communiter volunt, ſeu potius ex natura actionis popularis fiſco. *Vult. eod. n. 16.*

Quamdiu datur?

℞. Eſt annalis. *l. fin. ff. depoſ. actio. Kling. hic.*

Quæ eſt actio ex edicto de in jus vocando?

℞. Quæ datur in 50 aureos adverſus eum, qui contra edictum Prætoris, venia non impetrata, patrem, vel patronum in jus vocavit. *l. penult. 24. ff. de in jus vocando.*

Cui datur hæc actio, adverſus quem, & ad quid?

℞. Patrono contra libertum. *l. 4. §. prætor. ff. eod.* Parentibus cujuſcunque ſexus, & generis, contra liberos. *l. 4. §. parentibus. Iaſon. hic. n. 52.*

Ad

Adverſus quos?

℞. 1. Adverſus liberos utriuſque ſexus ipſos in jus vocantes. *l. ſed ſi hac.* 10. §. *liberos. ff. eod.* ſive emancipatos. *l. fin. C. eod.* ſive in patris poteſtate exſiſtentes. *l. lis nulla. ff. de jud.* 2. Contra libertum, patronum, vel patronam, earumque ejuſdemque liberos, vel parentes, in jus vocantes. *d. l.* 3. & quidem in infinitum. *l.* 10. §. 9. & quidem quocunque id factum ſit modo, *vide Enchiridium.*

Ad quid datur?

℞. Ad pœnam edicto propoſitam; patri, non fiſco applicandam. *Iaſon. hic. n.* 41.

Quæ eſt actio, quæ datur ex edicto, ne quis eum qui in jus vocatus eſt, vi exemerit?

℞. Ea, quæ datur adverſus eum, qui citatum in jus, vel per ſe, vel per alium dolo malo, exemerit. *Vult. hic. per l.* 3. §. *ult. ne quis eum.* vel impedierit, quo minus vocatus ad judicem competentem iret. *l.* 5. *ff. ne quis eum.*

Cui competit hæc actio?

℞. Datur citanti aliquem legitime ad judicem. *l.* 4. *ff. eod.* & ejus hæredibus. *l.* 5. §. *fin. ff. eod.*

Adverſus quem?

℞. 1. Adverſus quemcunque vi citatum eximentem, ſive per ſe, ſive per alium: Item ſive verbaliter, ſive realiter id fecerit. *l.* 1. *ibi Iaſon. ff. eod.* Si plures exemerunt, adverſus ſingulos datur in ſolidum. *l. penult.* §. *hoc indict. ff. eod.* 2. Adverſus dominum, cujus ſervus, eo ſciente, vi aliquem exemerit in ſolidum; ſi ignoraverit dominus factum noxaliter. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* 3. Adverſus eos, qui debitores alicujus occultant ne capiantur, aut ſolvant, ſed datur utiliter. *Iaſon. hic. n.* 103.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ad quid datur?

℞. Datur id, quanti res, quæ in controverſiam deducta eſt, valet, affectione in litem æſtimanda. *l. ſi per alium. §. in eum. ff. eod.*

Quæ hic dicuntur actiones præjudiciales?

℞. Quæ viam ſternunt cæteris controverſiis, cum quibus concurrunt aut concurrere poſſunt.

Quas actiones præjudiciales recenſet Imperator?

℞. Tres. A prætore puta introductas. 1. Secundum perſonarum ſtatum, per quem quæritur, an quis liber ſit, an ſervus. 2. Utrum ingenuus ſit, an libertus. 3. Utrum filius ſit, an non. *text. §. 13. hic.*

Cui, & adverſus quem competunt hæ actiones?

℞. *Prima* competit domino adverſus ſervum pro libero homine ſe gerentem, & ex diverſo ſervo adverſus dominum prætendentem ſervitutem. *tot. tit. ff. & C. de liber. cauſ. Secunda* patronis, qui libertatis beneficium ſervo ex juſta ſervitute contulerunt, adverſus libertos, poſt illud beneficium, obſequiorum jus patronis denegantes: & ex diverſo libertis ingenuos ſe profitentes, adverſus patronos ſe tales falſa opinione aſſerentes. *tot. tit. ff. ſi libert. ſe ingen. eſſe dic. Tertia*, parentibus adverſus liberos debitum honorem non exhibentes; & liberis adverſus parentes, partum matris, hoc eſt, ſanguinem ſuum, & quibus ſe procreatis pietatem debent, agnoſcere recuſantes. *l. pen. ff. l. de obſ. à lib. & libert. præſt.*

Quid perſequimur his actionibus?

℞. Jus ſubjectionis, quod in alicujus perſona habemus, vel libertatem à ſubjectione, quæ adverſus alium defenditur.

Ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Explica hoc ſecundum dictarum actionum ſpecies?

℞. *Prima* quidem actione id ita perſequimur, ut dominus petat declarari ſervum ſuum, quem prætendit. Qui liberum ſe prætendit, talem ſe declarari, & jus ſervitutis in ipſum Reo non competere. In *ſecunda*, ut actor patronus petat Reum declarari ſuum libertum; ſibique jus patronatus in eum competere; libertus actor ex diverſo petat, ſe ingenuum declarari, & Reo jus patronatus in ipſum non competere. In *tertia*, ut judex pronunciet actorem eſſe legitimum & vere parentem Rei conventi.

Cum à cauſa finali tertia actionum diviſio ſit in rei vel pœna perſecutorias, vel mixtas. §. 16. hic.

Dic, quæ ſunt actiones Rei perſecutoria?

℞. Quibus modo perſequimur rem, quæ nobis abeſt; & adeſt Reo. §. 17. *hic.*

Quæ ſunt actiones pœnæ perſecutoria?

℞. Quibus agitur non ad id, quod actori abeſt, vel Reo adeſt; ſed ſimpliciter ad pœnam. §. 18. *hic.*

Quæ ſunt actiones mixtæ?

℞. Quibus partim rem, id eſt, quod nobis abeſt; partim pœnam perſequimur. §. 19. *eod.*

Quæ exempla actionum Rei perſecutoriarum proponit Imperator?

℞. Mutui, commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio, ex emto vendito, locato conducto: monens ſimul, quatenus ex depoſito in duplum agitur mixtam eſſe actionem. §. 17. *hic.*

Quæ eſt actio ex mutuo?

℞. Actio mutui, ſeu ex mutuo (*certi condictio ſpecialis etiam dicta*), eſt actio rei perſecutoria, bonæ fidei, qua conventus, creditum, & totum quidem, in eodem genere, bonitate, & qualitate reddere compellitur. *l.* 2. §. 1. *ff. de reb. cred.*

Cui

Cui datur?

℞. 1. Ei qui rem in mutuum cadentem, ipſe mutuum dedit. §.*mutui autem.ſupra.hic.* & quidem ei, qui communem pecuniam credidit pro ſua parte. *l. nam etſi fur. §. ult. ff. ſi cert. pet.* furioſo utiliter, ſi accipiens eum à quo accepit, compotem mentis eſſe crediderit. *l. ſi à furioſo. ff. eod.* 2. Abſenti, cujus nomine mutuum contrahitur, ſive ſcienti, ſive ignoranti; ſive pecunia abſentis ſit, ſive numerantis. *l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. d. t.* 3. Pluribus numerantibus, datur ſingulis pro parte. *l. cum te. C. ſi cert. pet. Vide latius Enchiridium.*

Adverſus quos?

℞. Adverſus, 1. mutuo accipientem ſuo nomine; ſive in ſuam, ſive alterius utilitatem verterit. *l. eum qui mutuum. C. eod.* 2. Adminiſtratorem civitatis. *l. civitatis. ff. eod.* 3. Eum qui pecuniam creditam accepturus ſpopondit creditori. *l. 30. ff. eod.*

An adverſus filiumfamilias?

℞. Minime. *l. 4. §. is autem. ff. ad SC. Maced.*

An adverſus Iudicem, & ejus officialem?

℞. Minime. *l. principalis. ff. l. ſi quis judici. C. ſi cert. pet.* Et datur quidem hæredibus, & in hæredes.

Ad quid datur?

℞. Ut reus ſolvat tantundem, id eſt, res ejuſdem generis & qualitatis. *l. 1. §. 2. hic.*

Quid, ſi debitore interpellato, extra judicium ſolutionem differente; interim valor rei mutuatæ decreſcat?

℞. Etiam ut condemnetur ad id, quod intereſt Actoris debito tempore non fuiſſe ſolutum, facta æſtimatione quanti plurimi fuerit, à tempore moræ, quamvis nulla interpellatione fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

cta; & quidem, quanti plurimi fuerit toto judicii tempore. *l. ædiles. §. ſciendum. ff. de ædil. edict.*

Quando datur hæc actio?

℞. Ex obligatione mutui pura, ſtatim: in mutui obligatione ſub conditione, & in diem facta, non ante diem & conditionem peti poteſt. *l. proinde. ff. ſi cert. pet.*

Quamdiu?

℞. In perpetuum, *Oldend. claſſ. act.* 17. *n. IV.*

Quotuplex naſcitur actio ex commodato?

℞. Ob commodatum datur actio duplex: directa, vel contraria.

Quæ eſt directa?

℞. Eſt actio bonæ fidei, rei perſecutoria, quæ datur commodanti adverſus commodatarium, ejuſque hæredem. *l.* 1. §. 3. *l.*17. §. 2. *ff. commod.* ſive rei commodatæ dominus ſit, ſive non; ut finito uſu, aut tempore præſcripto elapſo, res commodata reddatur. *d. l.* 17. *l.* 18. §. *ult. eod.* re deteriorata, id quod intereſt; *d. l.* 3. §. 1. peremta, æſtimatio præſtetur. *d. l.* 7. §. *fin.*

Quæ eſt contraria?

℞. Quæ datur commodatario adverſus commodantem, ſi re commodata eum plane non patiatur uti; vel uſum ejus intempeſtive auferat, vel damna ex vitioſa re ſcienter commodata paſſus ſit. *d. l.* 18. §. *pen.*

Cui datur actio directa?

℞. Datur commodanti rem ſuam, vel alienam, etiam furi, ſeu prædoni, adverſus commodatarium, *d. l.* 17. §. *ult. d. l.* 18. §. *ult.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus commodatarium. Si plures commodatum acceperunt, in ſolidum adverſus eos dabatur olim. *l.* 5. §. 15. *ff. commod.* hodie tantum

tum

tum ſi quidem ſe in ſolidum nominatim obligaverint. *Nov. de duob. reis.* 94.

Ad quid datur?

℞. Ut res commodata cum acceſſoriis reſtituatur, uſu finito; deteriorata ea, præſtetur id quod intereſt; peremta, æſtimatio; jam dictum.

Quid, ſi conventum, ut res certo loco & tempore detur?

℞. Datur, ut in æſtimando damno ob rem non ſic redditam, & ejus ratio habeatur. *l. ſint certo. pr. ff. eod. Plura hic conſideranda vide in Enchiridio.*

Cui datur actio contraria, & adverſus quem?

℞. Similiter dictum dari Commodatario, adverſus commodantem.

Ad quid?

℞. Ad id, 1. Ut ſolvatur, quod intereſt commodatarii rem commodatam, ante expletum uſum, non fuiſſe ablatam vel ſubtractam, aut non fuiſſe vitioſam. *l. in rebus. §. item quieſcenti. l. rem mihi. ff. commod.* 2. Reſtituantur impenſæ majores neceſſario in rem commodatam factæ. *d. l. in rebus. §. poſſunt.* 3. Si re commodata perdita, aut ab ipſo commodario ſurrepta; commodatarius pretium pro ea dederit, & deinde eadem in poteſtatem commodantis venerit; recte agitur, ut aut rem, aut pretium reſtituat. *l. in commodato. §. fin. l. ſint certo. §. 1. l. reus mihi commodaſti. pr. ff. eod.*

Quotuplex actio oritur ex depoſiti contractu?

℞. Duplex: 1. Actio depoſiti directa. 2. Contraria.

Quæ eſt actio depoſiti directa?

℞. Eſt actio rei perſecutoria, bonæ fidei, quæ datur deponenti, ejuſve hæredibus, ad repetendam rem depoſitam.

Cui datur?

℞. Datur deponenti, ejuſve hæredi, & bonorum poſſeſſori; etiam furi & latrono. *l.* 1. §. *ſi prædo. ff. depoſiti.* ac utiliter, etiamſi ut tertio res depoſita redderetur, ſit conventum. *Weſ. hic. n.* 7.

Adverſus quem datur?

℞. Adverſus depoſitarium, ſive rei depoſitæ reſtituendæ habentem, ſive dolo malo deſinentem habere reſtituendi facultatem. *d. l.* 1. §. 21. ejuſve hæredem. *d. l.* 1. §. 45. 46. *eod.*

Ad quid datur?

℞. 1. Ad repetendam rem depoſitam: ut dictum in definitione. 2. Ad ejus æſtimationem, ſi dolo vel lata culpa depoſitarii peremta ſit, aut deteriorata. *d. l.* 1. *ait Prætor. ff. eod.* Et regulariter quidem in ſimplum.

Cur dicis regulariter?

℞. Quia certis caſibus datur in duplum. Puta ſi res ruinæ, naufragii, vel tumultus cauſſa ſit depoſita, vel depoſitarius depoſitum inficietur. *l.* 1. §. 1. *&* 2. *l.* 18. *ff. eod.*

Quæ eſt actio contraria?

℞. Quæ datur depoſitario, & ejus hæredibus, contra deponentem, & ejus hæredes, ad repetendos ſumtus in rem depoſitam impenſos.

Quibus datur ergo contraria depoſiti actio?

℞. Datur depoſitario, ejuſque hæredibus; ut dictum in definitione.

Adverſus quem datur utraque?

℞. Dari adverſus deponentem, ejuſque hæredes, ſimiliter dictum in definitione.

Ad quid datur utraque?

℞. Et hoc ſupra explicatum. Nempe dari ad repetendos ſumtus in rem depoſitam factos: ſed datur etiam aliquando ad intereſſe, puta, ſi quis ſervum furem deponat. *Weſ. Schneidw. Inſt. de depoſito.*

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quotuplex actio naſcitur ex mandato?

℞. Duplex. Actio mandati directa, & contraria; & quidem utraque civilis.

Quæ eſt directa?

℞. Eſt actio rei perſecutoria, bonæ fidei, quæ datur ei, qui mandavit, ejuſque hæredi, adverſus mandatarium ad implendum mandati contractum, aut ad id, quod intereſt mandantis, ſi non impleatur.

Quæ contraria?

℞. Quæ datur mandatario adverſus mandantem, ejuſque hæredem: tum ut ipſius nomine, ex mandato geſta rata habeat; tum ut præſtet id, quod mandatario ex cauſa impleti mandati abeſt; puta neceſſario & utiliter impendit. *l.* 10. §. 9. *l.* 12. §. 9. *ff. eod.*

Cui datur directa?

℞. Datur, 1. Mandanti, & ei, cujus intereſt, negotium recte geri. 2. Subſtituenti contra ſubſtitutorem ſuum. *l. ſi procuratorem.* §. 3. *ff. mandati.* 3. Fidejuſſori, quæ conventus à creditore pro debitore, ex ignorantia ſimplici, nec admonitus de ſolutione, ſolvit. *l. fidejuſſ. ff. h. t.*

Cui contraria?

℞. Datur: 1. Mandatario. *l. ſi non remuneranda.* §. *contrario. ff. h. t.* 2. Procuratoribus ad ſumtus probabiles litis. *l.* 4. *C. d. t.* 3. Fidejuſſoribus & mandatoribus ante judicium ſolventibus. *l. idemque.* §. *idem Labeo. l. Lucius Titius. ff. eod.*

Adverſus quem datur directa?

℞. 1. Adverſus negotia alterius ex mandato adminiſtrantem. 2. Mandatarium excedentem, vel non implentem mandatum, vel id intempeſtive renunciantem. *l.* 22. §. 11. *l.* 27. *l.* 2. *ff. eod.* 3. Non prorſus quidem deferentem, ſed in expediendo mandantem, damno afficientem. *l.* 38. §. 1. *ff.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

§. 1. *ff. l. 9. l.* 11. *C. eod.* 4. Curatorem bonorum ex bonis venditis non ſatisfacientem creditoribus venditionem mandantibus. *l. ſi mandavero. §. ſi curator. ff. eod.*

Adverſus quem contraria?

℞. Adverſus mandantem, ejuſque hæredem, ſive expreſſe mandaverit, ſive tacite. Puta ſi præſens, non invitus, paſſus eſt negotia ſua geri; vel etiam pro ſe præſente ab aliquo geſtum ea tum geſta rata habeat. *c. ratihabitionem. de reg. jur. in* 16. *& ibi Dynus.*

Ad quid datur directa?

℞. Datur, 1. Ad id quod intereſt mandantis, mandatum non fuiſſe expletum. 2. Vel non eo modo, quo mandatum erat. *l.* 8. *§. mandati actio. ff. l. ad comparandas. C. h. t.* 3. Ad id quod occaſione mandati ad mandatarium pervenit, ut id ipſe reſtituat, ſi poſſit: alioqui cedat actionem, quam habet ad rem conſequendam. *d. l. octava. §. dolo autem. ff. dict. tit.* 4. Si pecuniam mandantis ſub uſuras credidit, & ad has reſtituendas. *l. idemque. §.* 1. *ff. eod.*

Ad quid contraria?

℞. Datur, 1. Ut pecuniam det mandans ad explendum mandatum; maxime ſi jam quædam ad exſecutionem paravit. *d. l. ſi vero non remunerandi. C. l. ult. & l. ſeq. ff. hic.* 2. Ut ſumtus in exſequendo mandato factos bona fide reſtituat. *l. qui mutuum. §. ult. ff. l. etiamſi contrariam. C. hic.* 3. Ad uſuras conſequendas, ſub quibus oportuit mutuari pecuniam ad exſequendum mandatum neceſſariam. *d. l. ſi non remunerandi. §. ſi mihi.* Denique ad omne id quod ex mandato abeſt, niſi abſit fortuito. *l. ſi vero non.* 12. *§. contrario. l.* 10. *§. item. l. ab eo. l.* 26. *§. non omnia. l.* 56. *§. fin. ff. hic.*

Quæ

Quæ actio datur ex contractu ſocietatis?

℞. Dicitur actio pro ſocio ultro citroque competens, & utrimque directa.

Quomodo definitur?

℞. Actio pro ſocio eſt actio rei perſecutoria, bonæ fidei, per quam totius ſocietatis quamdiu ea conſtitit, ratio exigitur, & quandoque res certa aliqua, vel ſpecies, petitur.

Cui datur?

℞. Sociis invicem, quoties alterum alteri, ex bono & æquo aliquid præſtare oportet; Item, quoties juſſu alicujus cum filio ejus, vel extraneo ſocietas coitur.

Adverſus quem?

℞. Adverſus eum, cujus perſona in contrahenda ſocietate ſpectatur. *l. ult. ff. pro ſocio.*

Ad quid datur?

℞. 1. Ad ſocietatem contractam complendam. *l.* 3. *pr. ff. eod.* 2. Ad præſtationes perſonales. *l. pro ſocio arbiter. l. cum duob. §. damna. ff. eod.* 3. Ad pacta ſervanda. *l. pen. C. eod.* 4. Ad recognoſcendas ſingulis annis rationes, *ſec. Bald. Rubr. C. eod.* 5. Ad uſuras, & id quod intereſt poſt moram veram, vel fictam. *l. ſocium. pr. ff. eod.* 6. Ad dirimendam ſocietatem, habendamque rationem damni & lucri, eaque inter ſocios dividenda. *l.* 63. *§. ſi cum cauſſa. ff. eod.*

Quæ actiones naſcuntur ex contractu emtionis venditionis?

℞. Duæ: 1. ex emto, ſeu emti. 2. ex vendito, ſeu venditi.

Quæ eſt actio emti?

℞. Eſt actio rei perſecutoria, bonæ fidei, quæ datur emtori, contra venditorem, ad rem venditam tradendam, ſeu vacuam ejuſdem poſſeſſionem præſtandam, & poſt moram, ad hoc quod intereſt, ita ut etiam petantur rei venditæ fructus & acceſſiones.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ eſt actio venditi?

℞. Actio rei perſecutoria, bonæ fidei, quæ competit venditori, ad conſequendum id quod emtor ex contractu à ſua parte præſtare debet; puta ad pretii præſtationem. *tit. ff. & C. de act. emt. vend.*

Cui datur actio emti, ſeu ex emto?

℞. 1. Emtori. *l.* 1. *ff. eod. tit.* 2. Utiliter domino, cujus procurator emit rem ipſius nomine. *d. l. Iulianus. §. ſi procurator. l. cum per eos. C. ſi quis alteri, vel ſibi, &c.* 3. Etiam patri; vel fratri à filiofamilias vel fratre ementi. *l. ſi frater à fratre. ff. de cond. indeb. l.* 2. *ff. de contr. emt.*

Adverſus quem?

℞. 1. Adverſus eum, qui rem ſuo nomine vendidit. *l.* 11. *ff. de act. emt.* ejuſque ſucceſſores. *Schneidw. hic. n.* 3. 2. Item adverſus procuratorem venditoris directe, adverſus dominum mandantem utiliter. *d. l. Iulianus. §. ſi procurator. ff. d. tit.*

Ad quid datur?

℞. 1. Imprimis quidem, ut rei vacuæ poſſeſſio tradatur emtori. *l.* 2. *ff. hic. l. ſi pater tuus. C. eod.* per quem emtori liceat rem habere. *d. l.* 11. *§. ſi ex emto. l.* 37. *ff. de contr. emtion.* 2. Vel ad intereſſe, quod emtio non ſit completa. *l. ſi traditio. l. cum venditor. C. hic.* 3. Ad rei venditæ partus, fructus & acceſſiones; & generaliter ad omne commodum, quod rei venditæ poſt perfectam venditionem acceſſit. *d. l. Iulianus. §. ſi fructibus. cum duob. ſeq.* 4. Ad intereſſe quod res debito tempore non ſit tradita. 5. Ut caveatur de evictione. *l. emtor. C. hic. d. l. ex emto. §. ult.* 6. Ad intereſſe qualitatis rei celatæ, item evictionis, *l.* 15. *§. ſi venditor, l. ſi ſterilis. §. quamvis. ff. eod. l. non dubitatum. C. de evict.* 7. Ad præſtanda jura realia, & perſonalia, etſi de ea nihil convenit.

l. ſi

l. ſi aqua ductus. pr. ff. de contr. emt. 8. Ad exhibenda inſtrumenta rei venditæ, & fines oſtendendos. *l. Titius hæres ff. de act. emt. vend.* 9. Ad arrharum (diſſoluta, mutuo conſenſu, emtione) repetitionem. *d. l. ex emto. §. ſi is qui unum. ff. eod.* 10. Ad præſtandum periculum, quatenus ei ſe venditor ſubjecit. *t. t. C. de peric. & com. rei venditæ.* Denique quicquid alterum præſtare ex bona fide æquum eſt, id hac actione recte petitur. *d. l. 1. §. 1. l. 11. §. 1. ff. eod. Vult. eod. vid. Oldend. latius, claſ. 4. act. 1.*

Cui datur actio venditi, ſeu ex vendito?

℟. 1. Venditori. *l. Iulianus. §. ex vendito. ff. eod.* ejuſque hæredibus. 2. Domino ex venditione ſui procuratoris. *d. l. Iulianus. §. ſi procurator utiliter.* 3. Etiam pupillo abſque tutoris auctoritate vendenti. *d. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo.*

Adverſus quem datur?

℟. Contra emtorem, 1. pretium, vel ejus uſuras. *d. l. Iulianus. §. ex vendito. l. ſi & emtorem. ff. eod.* 2. vel ſumtus per venditorem ante traditionem in re vendita factos, *d. l. Iulianus. §. 22.* non ſolventem. 3. aut pacta venditioni appoſita non implentem. *l. 2. C. de pact. int. vend. & emt.*

Ad quid datur?

℟. 1. Ad conſequenda ea, quæ ei ab emtore præſtari oportet. *d. l. Iulianus. §. ex vendito principaliter.* ſeu (*ut d. §. dicitur*), imprimis ad pretium. 2. Ad uſuras pretii non ſoluti poſt traditionem. *d. l. 13. §. 10.* 3. Reſtituendos ſumtus in re vendita ante traditionem à venditore factos. *d. l. ex vendito. §. præterea.* 4. Item id quod plus debito à venditore eſt præſtitum. *l. ſi tibi librum. ff. de act. emt. & vend.* 5. Item ea, ſive fructus, ſive alias res, quæ excepta in contractu emtor occupavit. *l. 2. C. de act. emt.* 6. Ut tollat

res cum incommodo venditoris ultra tempus conſuetum, vel in contractu definitum, apud venditorem relictas, cum eo quanti intereſt venditoris alio delatas non eſſe. *l.* 1. §. *licet. ff. de per. & com. rei vend. l. ſi is qui lapides ff. de act. emt.* 7. Ad præſtanda pacta in contractu comprehenſa; ſive inter contrahendum, ſive poſt, ex eodem contractu conventum ſit. *l. qui fundum. ff. de contr. emt. l. tenetur.* §. 1. *l. Iulianus.* §. *ſi venditor. ff. de act. emt. l. pacta conventa. ff. contr. emt.*

Quotuplex naſcitur actio ex contractu locationis & conductionis?

℞. Duplex. 1. Actio locati. 2. Actio conducti.

Quæ eſt actio locati?

℞. Actio rei perſecutoria, bonæ fidei, quæ datur locatori, ut finita locatione ei reſtituatur res locata. *l.* 25. *C. hic.* omneque damnum dolo culpave lata, vel levi, illatum reparetur. *Treutl. th.* 6. *hic.* Imprimis ut mercedem, eamque integram locatori finita locatione ſolvat conductor, & poſt moram uſuras præſtet. *l.* 2. *l.* 13. *l.* 17. *C. locati. l.* 54. *ff. eod.*

Quæ eſt actio conducti?

℞. Actio rei perſecutoria, bonæ fidei, quæ datur conductori, qua petit liberum rei conductæ uſum ad tempus conventum: eo vero non præſtito, ut intereſſe locator ſolvat. *l.* 7. 8. 9. *ff. eod.* vel ut merces ante ſoluta reddatur. *l.* 15. §. 6. *l.* 33. *ff. eod.*

Cui datur actio locati?

℞. Locati actio datur, 1. prædii, ſive urbani, ſive ruſtici, rei mobilis etiam, locatori. *l. ſed addes.* §. 9. *l. qui operas. ff. locati. l. ſi quis conductionis. C. eod.* 2. Ei qui opus paciſcitur, conſtituta ſive in dies, ſive in univerſum mercede. *l. ea lege.* §. *lo-*

cari

cari opus. l. ſi merces. §. qui columnam. ff. eod. 3. Et qui quod faciendum conduxerat, locavit alteri. *l. ſi quis. ff. eod.* 4. Etiam uſufructuario locanti, quoad uſusfructus durat. *l. ſi quis domum. §. his ſubjungit. ff. eod.*

Adverſus quem datur?

℞. 1. Adverſus eum, qui rem, operam, vel opus faciendum conduxit. 2. Etiam emtorem, qui rem à ſe emtam, tantiſper donec ſolverit pretium conduxit. *l. ſicut emtio. l. ſeq. l. item ſi pretio. pr. ff. eod.* 3. Fidejuſſorem in omnem cauſam. *l. quæro. ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. 1. Ad ſolvendam mercedem, de qua convenit, & uſuras poſt moram. *l. 54. ff. eod.* 2. Ad damna culpa conductoris contracta. *l. 45. ff. eod. l. præſes. C. eod.* ſi quid factum contra legem conductionis. *l. 11. §. ult. ff. eod.* 3. Ut conductor faciat id, quod ex lege conductionis in ſe recepit. *l. ſi merces. §. conduct. ff. eod.* 4. Ad id quod intereſt, ſi forte conductor ante tempus conductionis finitum, rem deſerat. *l. 24. §. ſi dominus. l. 55. §. ult. ff. eod.* 5. Ut poſſeſſionem rei conductæ poſt expletum conductionis tempus reſtituat. *l. videamus. §. qui vinum. ff. eod. l. ſi quis conductionis. C. eod.* 6. Nonnunquam, ut ante tempus conſuetum, vel contractu definitum migret. *l. 3. C. l. 54. §. 1. ff. eod.*

Cui datur actio conducti?

℞. 1. Conductori, ſi re, aut opera conducta frui ei non liceat. *l. ex conducto. §. 1. l. ſi quis domum. ff. hic.* ejuſque hæredi. 2. Etiam pupillo, ad id quod intereſt ex colluſione tutoris. *d. l. ex conducto. §. fin.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus locatorem, vel ejus ſucceſſorem univerſalem; non ſingularem, ut emtorem. *l. emtorem. C. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ad quid datur?

℞. 1. Ut conductor uti frui poſſit re conducta. *l. ex conducto.* 15. *ff. eod.* 2. Ut locator ad id domum, vel aliam rem locatam reficiat. 3. Ad expenſas à conductore in re conducta neceſſario, & utiliter factas, repetendas. *l. domus horreorum. ff. eod.* 4. Ad repetendam penſionem ante tempus ſolutam. *Si quidem re conducta non poteſt frui conductor. d. l. ſi fundus. l. ſed addes.* §. *ſi quis in annum. ff. eod.* 5. Ad remiſſionem mercedis propter ſterilitatem, & caſum citra conductoris cauſam contingentem. *d. l. ex conducto.* §. *ſi vis tempeſtatis. l. ſi merces.* §. *vis major. ff. eod.* 6. Ad intereſſe damni accepti ex rei locatæ vitio. *d. l. ſed addes.* §. *ſi quis dolia. ff. eod. & ibi Dd.* Non ex effractis & compilatis horreis, niſi eorum cuſtodia recepta. *d. l. domini horreorum.* 7. Ut præſtetur id, quod ex lege conductionis convenit. *l.* 16. *C. eod.* 8. Ad tollenda & auferenda utiliter rei conductæ inædificata, & adjecta. *d. l. ſi addes.* §. *ſi inquilinus. ff. eod. Schneidw. hic.*

Quæ datur actio ex contractu emphyteuſeos?

℞. Condictio ex lege Zenonis, quæ datur domino rei in emphyteuſin datæ, adverſus emphyteutam, & emphyteutæ adverſus dominum pactioni non ſtantem; qua vel res ipſa in emphyteuſin data condicitur, vel ad intereſſe agitur ob eam deterioratam; vel ad intereſſe, quod interfuit domino rem non fuiſſe deterioratam.

Quæ actiones mere pœnæ perſecutoriæ recenſentur ab Imperatore?

℞. Actio furti. §. 18. *hic.*

An non ex furto dantur plures actiones?

℞. Omnino: ſed cæteræ actiones, ſunt rei perſecutoriæ.

Quotuplex eſt actio furti?

℞. Duplex: 1. Actio furti proprie dicta. §. *ex male-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

maleficiis. h. t. 2. Condictio furtiva dicta. *l. ei qui. 9. ff. de furto.*

Quæ eſt furti actio?

℞. Eſt actio mere pœnalis, quæ adverſus furem, & eum cujus ope, conſilio, furtum factum eſt, datur ei, cujus intereſt furtum factum non eſſe, ſi modo ob cauſam honeſtam interſit. *Pacius. epitome. diſp. 19. theſ. 3.*

Quotuplex eſt actio furti proprie dicta?

℞. Duplex, prout duplex eſt ipſum furtum: puta actio furti manifeſti, & furti non manifeſti.

Cui datur actio furti?

℞. 1. Ipſi domino. 2. Ejus hæredibus. 3. Etiam aliquando non domino. Modo ejus interſit, rem furto non ablatam. Vide exempla. *tit. 1. hoc lib.*

Adverſus quem datur?

℞. 1. Adverſus ipſum furem. §. *recte. ſupra. eod.* 2. Abutentem re, cujus poſſeſſionem, vel uſum, accepit. 3. Præſtantem opem, vel conſilium, ad furtum committendum. §. *interdum. ſupra. eod.* 4. Scienter ſuſcipientem, & celantem res furtivas. §. *conceptum. ſupra. eod.* 5. Dominum ſurripientem rem, in quam alius habet uſumfructum. *l. creditoris.* §. 1. *ff. eod.* 6. Creditorem, pignore dato utentem, vel illud ſoluta pecunia non reſtituentem. *l. in actione.* §. *fur. l. ſi quis uxori.* §. *eum creditorem. l. ſi pignore. ff. dicto tit.* 7. Procuratorem falſo res alienas, citra domini voluntatem, exigentem. *l. falſus procurator. C. de furt. & de ſerv. corrupt. l. falſus.* §. 1. *ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ad legitimæ pœnæ perſecutionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ eſt hic differentia in actione furti manifeſti & non manifeſti?

℞. 1. Quod illa datur adverſus furem deprehenſum cum re furtiva, antequam eo perveniret, quo deferre vel deponere, & ea die cum re furtiva manere deſtinaſſet; hæc in furem non deprehenſum. 2. Illa datur in quadruplum; hæc in duplum. *ſupra. hic. tit.* 1.

Quæ eſt condictio furtiva?

℞. Qua rei ſurreptæ dominus, vel hæres ejus, intendit rem, vel ejus æſtimationem, ſibi dari oportere à fure, vel hærede, quatenus quidem hæres eſt.

Quas mixtas, h. e. partim pœnæ, partim rei perſecutorias, actiones recenſet Imperator?

℞. Tres: 1. Vi bonorum raptorum. 2. Legis Aquiliæ. 3. Eam, quæ datur contra eos, qui relicta ſacroſanctis eccleſiis, aliiſque locis venerabilibus, ſive legati, ſive fideicommiſſi nomine, ſolvere differunt. §. 19. *hic.*

Quæ eſt actio vi bonorum raptorum?

℞. Eſt actio prætoria, per quam ab eo, qui rem violenter eripuit, quadruplum intra annum; poſt annum, duntaxat ſimplum exigitur. §. 1. *ſup. de vi bonor. raptor.*

Cui datur hæc actio?

℞. Omnibus, quorum intereſt rem ſalvam eſſe, & ex iiſdem cauſis, ex quibus datur furti actio, pro re clam ſurrepta. *l.* 2. §. 23. *ff. eod.* Puta domino, bonæ fidei poſſeſſori, uſufructuario, commodatario, depoſitario, creditori. §. *fin. ſup. eod.*

Adverſus quem datur?

℞. Adverſus dolo malo vel rapientem, vel rapinæ ex dolo cauſam dantem. *l.* 2. §. 12. & 18. *ff. vi bon. rapt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ad quid datur?

℞. Jam diximus dari intra annum in quadruplum; poſt annum, in ſimplum. Puta vel ipſius rei, *ſi quidem agat ipſe rei dominus, vel bonæ fidei poſſeſſor*, vel (*agente eo in cujus bonis non eſt, puta commodatario, &c.*) quanti intereſt, rem, vel uſum non eſſe ablatum: quod eſt ſimplum, hic quadruplandum. *Exemplum vide in Enchiridio.*

Quæ eſt actio legis Aquiliæ?

℞. Eſt actio civilis in perſonam, quæ datur domino adverſus eum, qui damnum injuria dedit, vel ſaltem cauſam damni præſtitit, ut quanti plurimi res, vel anno proximo, vel triginta diebus proximis fuerit, tanti damnum. *Brederod. Analyſi de actione leg. Aquil.*

Cui datur hæc actio?

℞. 1. Hero, hoc eſt, domino. *l.* 11. §. 6. *de leg. Aquil.* 2. Uſufructuario, vel uſuario. 3. Bonæ fidei poſſeſſori cum titulo. 4. Creditori, qui rem poſtea corruptam pignori accepit. *d. l.* 11. §. 8. 5. Domino commodanti, non commodatario. *l. item Mela.* §. *legis Aquiliæ.* §. *eum, qui. ff. eod. tit.* 6. Libero homini nomine ſuo, ad ſumtus. 7. Marito, etiam conſtantibus nuptiis, de damnis rerum dotalium. *l. ſi ſervus.* §. *ſi cum maritus. ff. d. t.*

Adverſus quem datur?

℞. Directa adverſus, 1. eum, qui præcipue damnum dedit; Utilis adverſus eum, qui cauſam vel occaſionem damni dedit. Vel in factum præterea, ſecundum ſpecierum diverſitatem. *l. qua actione.* §. *ſed & ſi quis. ff. eod.* 2. Adverſus plures ſervum percutientes, vel aliam rem corrumpentes, in ſolidum. *d. l. item Mela.* §. *& ſi ſervum.* 3. Adverſus magiſtratus municipales, non ex lege, neque jure aliquem damno afficientes. *l. quemadmodum.* §. *magiſtratus. ff. eod.* 4. Adverſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

verſus delentem chirographum, vel teſtamentum, vel aliud inſtrumentum. *l. ſi quis teſtamentum. ff. eod. l. 21. C. ad l. Corn. de falſis.*

Quid de hæredibus?

℞. Datur quidem actio hæredibus, ſed cum ſit pœnalis, non in hæredes damnum dantis. *l. inde Neratius. 23. §. 8. ff. hic.*

Ad quid datur?

℞. 1. Ad duplum, quando agitur ad inficiantem, ſive ex legis Aquiliæ primo, ſive ex ſecundo capite. *d. l. inde Neratius.* 2. Ad æſtimationem, ſeu intereſſe damni dati; & quidem quanti pluris res fuerit intra annum, ſi ex primo; intra triginta dies proximos, ſi ex tertio capite agatur. 3. Ad intereſſe extrinſecum, puta ut conſideretur utilitas omnis, quæ ex re peremta percipi poterat. *§. 4. ſupra eod. l. 22. inde Neratius. §. 1. ff. eod.*

Quæ eſt actio ex teſtamento pro iis, quæ relicta ſunt locis venerabilibus?

℞. Eſt actio, quæ datur adverſus eum, qui ex hæreditate, quam ipſe adivit, eccleſiæ, vel alteri venerabili loco, ſeu miſeræ perſonæ, ad pias cauſas aliquid legatum eſſe negat; vel fatetur quidem, tamen ſine juſta cauſa ſolutionem talis legati differt, donec apud judicem conveniatur. *§. item mixta. hic.*

Cui datur hæc actio?

℞. Iis locis, quibus legata ſunt relicta.

Contra quos?

℞. 1. Contra hæredem ex teſtamento, ſive directum, ſive fideicommiſſarium. *l. 5. §. 2. de O. & A.* 2. Contra hæredem ab inteſtato. 3. Contra teſtamenti exſecutores, omneſque legata piis locis relicta eſſe negantes, vel eorundem ſolutionem differentes. *Faber. hic. n. 4. Iaſon. n. 22. Bred. eod.*

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ad quid?

℞. Ad reſtitutionem rei legatæ, cum intereſſe & fructibus à die moræ; ſimulque dupli pœnæ. *text. hic.* Ita ut non intereſſe; ſed res ſolum legata, duplicetur. *Schneidw. hic. n. 17. Bred. eod.*

Quas actiones mixtas rei perſecutorias recenſet Imperator?

℞. Tres: 1. Familiæ erciſcundæ. 2. Communi dividundo. 3. Finium regundorum. §. 10. *hic.*

Quæ eſt actio familiæ erciſcundæ?

℞. Quæ ex lege XII Tabularum orta, datur cohæredibus, quocunque jure, de erciſcunda familia, ſeu dividendis rebus hæreditariis, & de eo quod alterum alteri præſtare oportet.

Quotuplex eſt?

℞. Directa & utilis.

Cui datur directa?

℞. Datur ei, qui de jure civili, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato cohæres eſt, poſſidenti, vel non poſſidenti hæreditatem, dummodo eum eſſe cohæredem adverſarius confiteatur. *Per text. l. 1. & 2. ff. fam. erciſc.*

Cui datur utilis?

℞. 1. Hæredibus de jure Prætorio, id eſt, bonorum poſſeſſoribus. 2. Fideicommiſſariis, quibus reſtituta eſt ex SC. Trebelliano hæreditas. *l. 24. §. familia. ff. eod.* 3. Arrogato ad conſequendam quartam ex bonis arrogatoris. *l. 2. §. ſi quarta. ff. eod.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus, 1. poſſidentem, vel non poſſidentem res hæreditarias. *l. 22. §. fin. cum l. ſeq. ff. eod.* Sed eum cohæredem. *l. 1. l. 25. ff. eod.* 2. Inter liberos, quorum uni facta eſt inofficioſa donatio. *l. 2. C. de inoff. don.* 3. Eum, cui cohæ-

res

res partem ſuam vendidit. *l. hæredes.* §. *ſi teſtator ff. eod.*

Ad quid?

℞. Ad ea ipſa, ad quæ cohæredes ex quaſi contractu obligari diximus. *ſupra lib.* 3. *tit.* 28. §. *familiæ erciſcundæ.*

Quæ eſt actio communi dividundo?

℞. Eſt actio mixta, quæ datur iis inter quos res aliqua ex cauſſa legati, vel donationis, vel alia quacunque, honeſta tamen, eſt communis; ut res vel dividatur, vel quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet, vel utrimque, præſtetur. *Vult. com. Inſt. eod. n.* 18.

Quotuplex eſt?

℞. Iterum duplex; directa, & utilis.

Cui datur directa?

℞. Ei, qui ex quacunque, ſed legitima cauſa, rem quam velit dividi, habet communem, ac rei communis ſit dominus. *l.* 1. *ff. com. divid.* ſive ſocius ſit, ſive non; idque ſive rem communem ipſe, ſive reus poſſideat. *l.* 2. *ff. com. divid.*

Cui datur utilis?

℞. Quaſi dominis. Puta, 1. Ei, qui Publicianam habet, h. e. rem bona fide, & ex juſta cauſſa poſſidet. *l. communi dividundo.* §. 2. *ff. eod.* 2. Qui uſumfructum, pignus, & ſimilia jura cum alio habet communia. *d. l. communi.* §. *ſi duo.* 3. Re communi exſtincta, vel deſinente communione, non domino, ratione perſonalium præſtationum rei non cohærentium. *l. item Labeo.* §. *pen. ff. famil. erciſc. l. ſi quis putans. pr. ff. l. in ſumma. C. hic.* 4. Creditoribus pignorum, ſalvo jure debitoris. *d. l. communi.* 5. Fundum vectigalem habenti. *d. l. communi.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus eoſdem, quibus competit; hoc eſt,

eſt, conſortem rem communem habentem; ſed aut recuſantem diviſionem, aut injuſte dividere volentem; ut & adverſus ſingularem ſucceſſorem, ſi quidem ſocius partem ſuam alienaverit. *l. 1. C. hic.*

Ad quid?

℟. Ad ea ipſa, ad quæ rem communem habentes obligari diximus. *ſupra lib. 3. tit. 28.*

Quæ eſt actio finium regundorum?

℟. Eſt actio mixta inter confines prædiorum, & quidem ruſticorum; data in hoc, ut limites mutua, fundorum, ſive diviſione, ſive adjudicatione, & condemnatione regantur, hoc eſt, diſtinguantur.

Quotuplex eſt?

℟. Iterum directa, & utilis.

Quibus datur directa?

℟. Dominis fundorum, ſeu prædiorum ruſticorum, de quibus eſt controverſia. *l. 2. ff. fin. regund.*

Quibus datur utilis?

℟. Beneficiario, emphyteutæ, uſufructuario, creditori jure pignoris poſſidenti. *l. 4. §. 9. ff. eod.*

Adverſus quos?

℟. Adverſus eoſdem, quibus id concedi dictum; puta quemlibet vicinum, prædia ruſtica confinia habentem, & terminos vicini occupantem. *d. l. 4. §. non ſolum. §. finium regundorum. 3. ff. eod.*

Ad quid?

℟. 1. Ad confinium fundorum ipſorum diviſionem; ſive, ut termini conſtituantur novi, ſive ut antiqui reparentur. *l. 4. §. 4. ff. eod. §. fin. inf. de offic. jud.* 2. Ad diſtinctionem adhærentium juriſdictionum, ſive ſpiritualium, ſive temporalium. *Schneidw. & Bred. ex ec. hic.* 3. Ad impen-

ſarum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſarum, & fructuum, poſt litem conteſtatam, perceptorum computationem. *l.* 4. §. 2. *hic.* 4. Ejus quod intereſt præſtationem. *d. l.*4. §.1.

Quomodo dividuntur actiones ſecundum quantitatem in eas deductam?

℞. Quod ſunt, vel in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum; nulla ulterius extenſa actione. §. 21. *hic.*

Quæ actiones dantur in ſimplum?

℞. Omnes, ſive reales, ſive perſonales, ex obligatione conventionali; non ex delicto.

Cur non ex delicto?

℞. Quia quod ultra ſimplum eſt, pœna eſt.

Quæ in duplum dantur?

℞. Actio furti nec manifeſti, damni injuria dati ex lege Aquilia, depoſiti ex cauſa incendii, tumultus, ruinæ, naufragii, item adverſus depoſitum inficiantem, ſervi corrupti, ſive dolo malo, & calliditate, ſive conſilio & hortatu; Actio ex teſtamento venerabilibus locis relicto. §. 23. *hic.*

Quæ in triplum?

℞. Tales actiones recenſentur quidem ab Imperatore in textu, ſed ob mutatum circa eas jus, hodie non ſunt in uſu. *videatur Enchiridium, &* §. *tripli. hic.*

Quæ in quadruplum?

℞. Quatuor. 1. *Actio furti manifeſti*, de qua jam egimus, & quam in quadruplum dari diximus. 2. *Quod metus cauſa*, ei data, qui juſtum metum paſſus eſt, ob quam fecit quid, vel dedit in proprium detrimentum, contra eum, qui metum talem incutit. 3. *Actio de calumniatoribus*, in eum data, qui vel ipſe calumnioſo judicio aliquem vexavit; vel ut vexaret, pecuniam accepit. *l.* 12. §. 6. *ff. de calumn.* 4. *Condictio ex lege*, adverſus exſecutores litium, plus æquo, contra conſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

conſtitutionis Imperatoriæ normam, à litigante quicquam exigentes, ſive ab Actore, ſive à Reo, quid expreſſerint. *Pac. notis. hic.*

Quomodo hic ſit applicatio?

℞. Ut triplum fiſco, ſimplum damnum paſſo detur. *Nov.* 124. *cap.* 3. §. *quadrupli. hic. l. metum autem præſentem.* §. *volenti. ff. quod metus cauſſa.*

An inter actiones dupli & quadrupli, nulla eſt differentia?

℞. Imo hæc; Quod quædam hujuſmodi ſint per ſe; puta *actio furti, nec manifeſti*, ut in qua dupli eſt pœna. Quædam ex accidenti, *legis Aquiliæ*, ut in qua dupli pœna non eſt. Niſi inficiatus ſit damnum is, qui dediſſe convincitur. Ut & in aliis, quæ inficiatione creſcunt: Inter actiones quadrupli, nihil intereſt. Niſi quod qui rem vi abſtulit, ex juſſu judicis Actori reſtituens, à quadruplo abſolvatur, & in quadruplo res contineatur. §. 26. *hic.*

Quæ eſt actio Servi corrupti?

℞. Eſt actio in factum prætoria, quæ dabatur adverſus eum, qui ſervum alienum corrupiſſet, vel ei dolo malo perſuaſiſſet, ut cum bonus eſſet, malus: cum malus eſſet, deterior fieret. *l.* 1. & 2. *ff. corrupt. ſerv.* §. 23. *hic.*

Quæ eſt actio metus cauſa?

℞. Eſt actio prætoria in perſonam in rem ſcripta, data per illatum metum talem, qui in conſtantem virum cadit, damnum paſſo, per quam rei per vim vel metum talem extortæ, quadruplum intra annum, vel poſt annum ſimplum, ab eo conſequitur, qui rem extortam poſſidet.

Cui datur?

℞. Datur metum præſentem talem paſſo, qualis in definitione eſt expreſſus, ſive in ſua, ſive in liberorum vel conjunctorum ſuorum perſona.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſona. *l. metum autem præſentem. §. volenti. l. nec timorem. ff. eod.*

Adverſus quos datur?

℞. Adverſus, 1. metum ſive per ſe, ſive per alium inferentem. 2. Rei per metum ablatæ poſſeſſorem, vel detentatorem. *l. item, ſi cum exceptione. §. prædium quoque. d. l. metum autem præſentem. ff. eod.* 3. Adverſus Populum, Curiam, collegium, vel corpus, ſi ex dolo adverſariorum aliquid ad eos pervenit. *l. 9. §. 1. ff. eod.* 4. Si plures metum intulerunt, adverſus ſingulos in ſolidum. *l. 14. §. fin. ff. eod.* 5. Adverſus ejus, qui metum intulerit, hæredes, in id quod ad eos pervenit, imo & hæredes hæredis; licet nihil ad eos pervenit. *l. 16. §. fin. ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ut quidquid metum paſſo abeſt, in integrum & priſtinum ſtatum reſtituatur, etiam fructus percepti, & qui citra metum percipi potuiſſent, omneque quod percipi potuiſſet, commodum, & emolumentum, *l. 14. §. 7. l. 9. §. 7. ff. eod.*

Quæ eſt actio in factum de calumniatoribus?

℞. Quæ datur in eum, qui pecuniam accepit, ut alicui per calumniam negotium in judicio faceret, vel non faceret.

Cui datur?

℞. 1. Ei qui pecuniam non turpiter dedit, ne calumnioſum negotium ipſe pateretur; & tamen paſſus eſt, ſive ipſe, ſive alius ejus nomine dederit. *§. quadrupli. hic.* 2. Ei, qui innocentis miſertus, pro eo, etiam neſciente, ne vexaretur in judicio per adverſarium, dedit. *l. ſi quis ab alio. §. ſi autem. ff. de calumn.* 3. Ei, in cujus læſionem & calumniam data. *l. & generaliter illud erit notandum. ff. eod.*

Ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Adverſus quos?

℞. 1. Adverſus pecuniam dantem, ut alteri negotium calumnioſe fiat; vel non fiat. 2. Adverſus eum, qui accipit pecuniam, vel aliud quodvis lucrum, ut in judiciis aliquem moleſtaret, injuſte litibus, vel injuſtam, quocunque modo, cauſam proderet. *l.* 1. §. 7. *ff. eod. tit.* Non hæredibus neque in hæredem; niſi in id, quod ad eum pervenit. *l.* 4. 5. *ff. eod.*

Ad quid?

℞. Datur intra annum in quadruplum ejus pecuniæ, quam quis accepiſſe dicitur; poſt annum in ſimplum. *l. annus. l.* 1. *ff. eod.*

Quæ eſt diviſio actionum ex qualitate puta earum intrinſeca?

℞. Ea, qua actiones dividuntur in actiones bonæ fidei, & ſtricti juris.

Quæ dicuntur actiones bonæ fidei?

℞. In quibus libera poteſtas à lege permittitur Iudici ex bono & æquo æſtimandi, quid Actori reſtitui debeat. §. 30. *hic.*

Quæ ſtricti juris?

℞. In quibus Iudex præciſe adſtrictus eſt, de re in judicium deducta pronunciare ſecundum naturam eidem actioni à legibus vel partium conventione datam. *l.* 7. *de negot. geſt. l.* 99. *ff. de verb. oblig.*

Enumera actiones bonæ fidei & ſtricti juris?

℞. Enumerantur ab Imperatore bonæ fidei hæ: ex emto vendito, locato conducto, negotiorum geſtione, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur, & ex permutatione, competens; hæreditatis petitio. §. 28. *hic.* Stricti autem juris, actiones ſunt reliquæ omnes. *Ut actio ſtipulati, & mutui.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

An actio ex ſtipulatu pro dote eſt ſtricti juris?

℞. Regulariter quidem ſecundum ſtipulationis naturam: At vero, cum ex conſtitutione Juſtiniani in locum uxoriæ actionis, quæ bonæ fidei fuit, ſucceſſerit; placuit, & hanc bonæ fidei eſſe, ſive interpoſita, ſive intermiſſa ſit ſtipulatio. §. 29. *hic.*

Unde hæreditatis petitio eſt bonæ fidei?

℞. Ex Juſtiniani conſtitutione, cum ante incertum eſſet, inter ea numeranda eſſet, nec non.

Quid eſt hæreditatis petitio?

℞. Vindicatio hæreditatis; ſeu actio in rem, qua is qui ſe hæredem dicit, utitur adverſus eum, qui jus pro poſſeſſore, vel hærede habet, poſſidetve rem hæreditariam. *l.* 9. *&* 10. *ff. de hær. pet.*

Cui datur?

℞. Sive in totam hæreditatem, ſive in partem intendatur, 1. datur hæredi unicuique, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato hæres ſit, modo hæreditatem ab alio poſſeſſam ipſe agnoverit. 2. Etiam filio adverſus patrem, ſi agatur de materna ſucceſſione. *l. fin. hic.* ſive per ſe, ſive per alium hæres ſit. *d. l.* 2. 3. Hæredi hæredis. *l.* 1. *&* 3. *l.* 54. *ff. de pet. hær.* 4. Etiam emtori hæreditatis. *ff. de pet. hær.* contra rerum hæreditariarum poſſeſſores, non venditorem. *Schneidw. hic.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus, 1. omnes, qui ex titulo invalido ſcienter res hæreditarias poſſident. *l.* 13. §. 1. *ff. eod.* non ſingulari, ſed vel pro poſſeſſore, vel pro hærede. *l.* 9. *cum* 4 *ſeq. ff. eod.* 2. Etiam eos, qui dolo deſierunt poſſidere. *l.* 13. §. 2. *ff. eod.* 3. Qui ut poſſeſſores hæreditatis liti ſe obtulerunt. *d. l.*

13. §.

13. §. 13. *eod.* 4. Debitorem hæreditatis. *eod.* 5. Contra poſſidentem pretia rerum hæreditariarum, vel debita exacta à debitoribus hæreditariis. *l.* 16. §. *ſed &.* §. 15. *ff. eod.* 6. Contra habentem actionem occaſione rerum hæreditariarum, ut eam cedere domino teneatur. *l.* 16. §. 4. *&* 5. *ff. eod.*

Quæ ex quaſi contractu negotiorum geſtorum exſiſtit actio?

℞. Quæ & ipſa negotiorum geſtorum dicitur, non una.

Quotuplex eſt actio negotiorum geſtorum?

℞. Duplex; directa, & contraria.

Quæ eſt directa?

℞. Quæ datur negotiorum geſtori adverſus dominum rei geſtæ, ad id præſtandum, quod quoquo nomine geſtori abeſt, vel abſuturum eſt, de eo, quod utiliter de ſuo impendit.

Quæ eſt contraria?

℞. Quæ datur ei cujus negotium geſtum eſt, ad petendam rationem adminiſtrationis, à negotiorum geſtore, & reſtitutionem eorum, quæ inde quoquo modo fuerit conſecutus, una cum uſuris; & præſtandum damnum, quod ex negotio, non ut oportuit geſto, dominus paſſus eſt.

Quæ ex quaſi contractu, tutelæ adminiſtratione, naſcitur actio?

℞. Tutelæ dicta.

Quotuplex eſt?

℞. Itidem duplex; directa, & contraria.

Quæ eſt directa?

℞. Eſt actio perſonalis, quæ finita tutela pupillo datur, ut actus ſui & adminiſtrationis reddat rationem. *l.* 1. *pr.* §. *pro officio. ff. de tutel. & rat. diſtr.*

Quæ eſt contraria?

℞. Quæ datur tutori contra pupillum de his, quæ ei per tutelam abſunt; quatenus ex officio ſumtus fecit, vel obligatus ſit. *Treutl. theſ. 6. diſp. de reliquo jure &c.*

Cui datur directa?

℞. Pupillo, & ejus hæredi.

Adverſus quem datur?

℞. Adverſus, 1. Tutorem qualemcunque. & ejus ſucceſſores. *d. l. 1. §. 16. & §. 17.* 2. Contra fidejuſſores, defenſores, curatores bonorum & nominatores. *l. 34. ff. de fidejuſſ. & nominat. & hær. tut. & curat. l. 1. C. eod.*

Ad quid?

℞. 1. Ad reddendas à tutore actus ſui & adminiſtrationis rationes. *d. l. 1. §. 3. ff. eod.* 2. Reſtituendas res minoris, quas penes ſe habet. *l. 3. l. 9. C. arb. tut.* 3. Ad ejus, quod dolo vel culpa abeſt commodi, vel adeſt damni, præſtationem. *l. 6. l. 7. C. eod.*

Cui datur contraria?

℞. Non ſolum tutori, ſed & utiliter protutori, & curatori. *d. l. 1. §. 3.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus pupillum, vel adoleſcentem.

Ad quid?

℞. Ad ea conſequenda, quæ per tutelam abſunt. *Licet bona fide ſuſcepta obligatio ſequiorem habuerit exitum. d. l. 1. §. pen. l. 3. §. 1. l. fin. ff. eod.*

Quæ eſt actio de rationibus diſtrahendis?

℞. Eſt actio competens pupillo adverſus tutorem, de iis rebus, quas ex bonis pupilli durante tutela abſtulit. *l. 1. §. pen. & l. 2. ff. eod.*

Quotuplex eſt actio pignoratitia?

℞. Duplex; directa, & contraria.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ eſt directa?

℞. Qua agit debitor contra creditorem, ſine legitima cauſa pignus retinentem, ut ſibi rem oppignoratam reſtituat, una cum fructibus; & damnum datum in re oppignorata reſarciat. *l.* 14. 25. *l.* 9. *ff. l. ult. C. de pign. act.*

Quæ contraria?

℞. Qua creditor agit adverſus debitorem, ad id quod ipſi pignoris cauſa abeſt. *l.* 16. §. 1. *ff. eod.*

Cui datur directa?

℞. Debitori recipiendi pignoris cauſa, vel ejus pretii, aut ejus quod intereſt. *l.* 32. *ff. de neg. geſt. l. pen. ff. de pign. act.*

Adverſus quem datur?

℞. Adverſus creditorem, cum quo contractum eſt, aut ejus hæredem.

Cui, & adverſus quem datur contraria?

℞. Creditori adverſus debitorem, ad id quod ei pignoris cauſa æqualiter abeſt.

Quæ actiones dicuntur arbitrariæ?

℞. Actiones ſtricti juris, in quibus, propter accidens aliquod extrinſecum, præter naturam ipſius actionis, judex non præciſe ſequitur, quod ſive lege, ſive conſtitutione partium eſt definitum: ſed ejus largius fit arbitrium.

Quæ exempla arbitrariarum actionum recenſet Imperator?

℞. Enumerat quidem aliquas, puta Publicianam, Servianam, & quaſi Servianam, ſeu hypothecariam; omnes in rem; præterea actiones, quod metus cauſa, de dolo, de eo quod certo loco, & ad exhibendum: omnes in perſonam: Plures tamen ſunt, ſive in rem, ſive in perſonam; ut rei vindicatio, confeſſoria, & negatoria, item Pauliana in rem; ut & Faviana, ſeu Calviſiana, & redhibitoria, rerum amotarum, aliæque in perſonam. *d.* §. 31. *hic.*

Quare ſunt hæ actiones arbitrariæ?

℞. Quia in iſtis omnibus actionibus habet locum judicis ex æquo & bono, ſecundum cujuſque rei, de qua agitur, naturam, æſtimatio, quid Actori oporteat ſatisfieri. *ut in ſingulis, latius in Enchirid.*

Qualem ſententiam feret judex in hiſce & aliis bonæ fidei actionibus?

℞. Curabit, ut quantum fieri poteſt, certam, id eſt, rei certæ pecuniæve (licet de incerta quantitate actum ſit) ſententiam ferat. §. 32. *hic.*

Quomodo feret talem ſententiam?

℞. Si talem ferat, ex qua apparet, quid, quale & quantum ſit id in quod Reum condemnat. *arg. l. certum. 6. ff. ſi certum pet.* ſive res, aut quantitas certa, verbis ſit expreſſa, ſive certitudo haberi poſſit per relationem ad aliud; puta ad acta, teſtamenta, codicillos, &c. *l. ait prætor.* §. 1. *ff. de re jud. l. 2. C. de ſent. quæ ſine certa quant. prof.*

Quot modis petitur plus, quam nobis debetur?

℞. Quatuor: 1. *Re*, quando major quantitas petitur, quam obligatione continetur. Puta 20 cum 10 modo debentur. 2. *Tempore*, quando pure petitur, id eſt, confeſtim ſolvendum, quod modo in diem, & ſub conditione debetur. 3. *Loco*, quando quod certo loco ſolvi aut dari debet, alio loco pure, mentione loci in ſtipulationem deducti omiſſa, petitur. 4. *Cauſſa*, quando quod in genere, vel alternative modo debetur, petitur in ſpecie certa, atque ita electionem in debito generali & alternativo, debitori competentem creditor ſibi arrogat. §. 34. *hic.*

Quid

Quid, ſi Actor libello plus ſit complexus, quam ſibi debetur?

℞. Olim cauſa cadebat, ſive in perſonam, ſive in rem ageret, nec facile reſtituebatur; niſi vel ætatis lubrico, vel tali errore lapſus eſſet, qui etiam in conſtantiſſimum caderet. Hodie aliud jus obtinet. §. 33. *hic.*

Quid, ſi actor minus petat, quam ſibi debetur?

℞. Talis ſine periculo agit, ut nec totum, nec partem debiti amittat; imo vero liberum ei eſt reliquum in eodem, vel alio judicio perſequi: non obſtante ei de alia re agenti rei judicatæ exceptione. §. 36. *hic.*

Quid, ſi petat aliud pro alio?

℞. Et hoc nihil ei periculi afferre placuit; ſed permittitur ex diverſo, ut in eodem judicio, errorem commiſſum corrigat. §. 37. *hic.*

Quæ eſt ſexta actionum diviſio?

℞. Qua ab effectu dividuntur in eas, per quas ſolidum debitum perſequimur, & conſequimur; & eas, per quas minus perſequimur, quam nobis debetur. §. 36. *hic.*

An non & in his petitio fieri in ſolidum poteſt?

℞. Omnino: verum exſecutio non fit in ſolidum; ſed in id in quantum reus facere poteſt.

Quæ exempla actionum, quæ non ſunt in ſolidum, recenſet Imperator?

℞. Actionem, 1. de peculio, adverſus patrem vel dominum competentem. 2. de dolo, competentem mulieri, vel ejus hæredibus ſoluto matrimonio, ad ejus repetitionem. 3. Emancipato filio, adverſus parentem, vel aliquem ex aſcendentibus competentem, vel liberto adverſus patronum. 4. Quando ſocius cum ſocio agit judicio ſocietatis. 5. Quando donatarius agit ex cau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſa donationis. 6. Quando condemnatio eſt ex cauſa oppoſitæ compenſationis & admiſſæ. 7. Quando agitur cum eo, qui bonis ceſſit. §. 36. *& ſeq. hic.*

Quare actio de peculio non eſt in ſolidum?

℞. Quia licet ſolidum adverſus patrem, vel dominum perſequi poſſumus; tamen pater, vel dominus non tenetur, niſi peculio tenus; ut condemnari non poſſint, niſi quatenus in peculio, &, ut, ſi in eo minus ſit, ultra vires peculii non teneantur. *ſec. ante dicta. &* §. 36. *hic.*

Quare actio de dote non eſt in ſolidum?

℞. Quia, licet maritus ſtricto jure teneatur ad ſolidam dotis reſtitutionem; tamen ex æquitate, placuit maritum eatenus tantum condemnari debere, quatenus facere poteſt; id eſt, quatenus facultates ejus patiuntur, ut eatenus tantum, vel in ſolidum, vel in minus damnetur.

An non eſt & altera cauſſa?

℞. Omnino, quod propter retentionem dotis ob impenſas in eam factas marito conceſſam, ipſo jure dos minuitur. Quatenus quidem in quantitate conſiſtit; Quatenus vero in ſpecie conſiſtit, eam maritus retinet, donec impenſas factas recuperaverit. §. 37. *hic.*

Quare actio, quæ datur filio adverſus patrem, vel aſcendentem aliquem, non eſt in ſolidum?

℞. Actio, qua parens à filio convenitur, non eſt in ſolidum; quia & hic tantum, in quantum facere poteſt, tenetur, & quidem non modo ex æquitate, ſed & neceſſitate; ſimiliter patronus liberto non ultra, quam facere poteſt tenetur. §. 38. *hic.*

Quare actio, quæ datur ſocio adverſus ſocium, non eſt in ſolidum?

℞. Socio cum ſocio agente judicio ſocietatis, ſive ſocii ſint univerſorum bonorum, ſive certæ nego-

negotiationis, idem jus eſt ex fraternitate, quæ inter ipſos contracta cenſetur. §. *eod.*

Quare quæ datur donatori ex cauſa donationis, non eſt in ſolidum?

℞. Idem ei jus eſt, ne ad inopiam ſua liberalitate deducatur.

Quomodo huc quoque refertur admiſſa compenſatio?

℞. Quatenus eo facto, Rei non in ſolidum fit condemnatio; ſed eatenus tantum, quatenus ſumma petita excedit id, quod ipſi reo debetur.

Quomodo actio datur contra eum, qui bonis ceſſit?

℞. Quatenus talis, licet ceſſione facta, non plane liberetur à creditoribus; ſed iis adhuc manet obligatus; ita ut ad pinguiorem fortunam rediens iis ſatisfacere teneatur: tamen in tantum modo damnandus ſit, quantum facere poteſt. §. 40. *in omnibus hic.*

TIT. VII.

Quod cum ex eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicatur.

An omnes actiones competunt tantum ex eo, quod quis contractu proprio, vel per ſe geſſit?

℞. Imo vero actiones quædam oriuntur, ex contractu alieno.

Quæ hic recenſentur talium actionum ſpecies?

℞. 1. Actio quod juſſu. 2. Exercitoria. 3. Inſtitoria. 4. Tributoria. 5. De peculio. 6. De in rem verſo.

Quæ eſt actio quod juſſu?

℞. Eſt actio prætoria perſonalis, quæ datur ei, qui cum filio, aut ſervo contraxit, adverſus patrem dominumve, cujus juſſu contractus celebratus eſt, quatenus juſſum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ex qua cauſa datur hæc actio?

℞. 1. Ex omnibus quidem contractibus. *l.* 1. *& paſſim. ff. hic.* etiam mutuo juſſu patris accepto. *l.* 2. *l.* 4. *C. ad SC. Maced.* 2. Ex delictis, ſi quidem pater, vel dominus, id juſſerint, aut non prohibuerint. Quod ex eo ipſi videantur deliquiſſe. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 4. *C. de noxal. act.*

Quatenus datur?

℞. Datur in ſolidum; ſed ita ut ſolidum ſit, non quatenus ex contractu debetur, ſed quatenus juſſum eſt. *l.* 3. *l.* 1. *ff. hic.*

Quæ eſt actio exercitoria?

℞. Quæ datur in exercitorem ex contractu magiſtri, vel promagiſtri navis, ob id, ſeu ex ea cauſa, ob quam navi præpoſitus eſt, inito. §. 2. *hic.*

Quæ eſt actio Inſtitoria?

℞. Quæ datur ei, qui cum inſtitore de negotiis ad ipſius negotiationem pertinentibus, contraxit, adverſus eum, qui eum præpoſuit, ut conſequatur, & tanti damnetur præponens; quod inſtitorem eo nomine facere oportere, ſi cum eo civiliter ageretur. §. *eod.*

Quis eſt Inſtitor?

℞. Qui negotiationi terreſtri præpoſitus eſt.

Quis eſt præponens?

℞. Dominus, vel alius quilibet, qui eum negotio præpoſuit. *l.* 3. *&* 18. *ff. de inſt. act.*

Quis eſt exercitor?

℞. Ad quem quæſtus quotidianus, & lucrum navis ſpectat, ſive dominus navis ſit, ſive ipſe, ſive conductor. *l.* 1. §. 15. *ff. de exercit. act.*

Quis eſt navis magiſter?

℞. Qui ab exercitore navi eſt præpoſitus, totius navis cura ei demandata. *l.* 15. *l.* 1. *in l. &* §. *ff. ad l. Rod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Actio exercitoria ex quibus cauſis datur?

℞. Datur ex omnibus contractibus, ſecundum legem præpoſitionis; non cum nautis, ſed cum magiſtro navis initis. *l.* 1. §. 7. *&* 12. *ff. hic.*

Contra quos datur?

℞. Contra exercitores. Si plures ſint, adverſus unum in ſolidum. *d. l.* §. *fin.*

Ad quid datur?

℞. Ad id conſequendum, quod ipſi ex contractu magiſtri debetur, & ipſe magiſter conventus civiliter ſolvere teneretur. §. 2. *hic.*

Inſtitoria actio, ex quibus cauſis datur?

℞. Ex qualibet negotiatione terreſtri. *l.* 3. *ff. de inſt. act.*

Adverſus quos?

℞. Adverſus omnes, qui inſtitorem præpoſuerunt, aut quorum nomine præpoſitio facta eſt. *l.* 5. §. *fin. ff. hic.* etiam in mulierem. *l.* 7. §. 1. *ff. eod.* pupillum, ſi quidem tutoria auctoritate præpoſitio facta eſt. *l.* 9. *ff. eod.* vel ſi præponenti ſucceſſerit. *l.* 17. §. 2. *ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. In ſolidum. *l.* 5. *pr. l.* 13. §. *fin. cum l. ſeq. ff. hic.* ad id quod ex contractu inſtitoris actori debetur, & ipſe inſtitor conventus civiliter ſolvere teneretur. *l. ex contractibus. C. eod.* §. *ult. hic.*

Quæ eſt actio Tributoria?

℞. Eſt actio prætoria, perſonalis, qua petitur, ut pater, vel dominus, cujus filius, ſervusve cum aliis contraxerunt, merces peculiares cum aliis creditoribus æqualiter dividant. §. *introduxit. hic.*

In quo differt ab exercitoria & inſtitoria?

℞. Duobus modis: 1. materiæ. 2. obligationis ratione.

Quomodo ratione materiæ?

℞. Quod tributoria ſit de merce peculiari; cæteræ duæ actiones de merce, cui præpoſitus eſt magiſter, ſive inſtitor.

Quomodo ratione obligationis?

℞. Tribus modis. 1. Quod ex inſtitoria, vel exercitoria, teneatur, qui navi, vel tabernæ contrahentem præpoſuit; ex tributoria, qui ſcivit, & paſſus eſt ſervum, vel filium negotiari. *l.* 1. *pr.* *&* §. 3. *ff. eod.* 2. Quod pater, vel dominus, non tantum obligetur, qui ſervum, vel filium; ſed &, qui liberum hominem, vel ſervum alienum præpoſuit, in tributoria vero tantum teneatur is, qui ſcivit ſervum proprium, vel filium negotiari. 3. Ex illis actionibus is, qui præpoſuit in ſolidum; ex tributoria pater, vel dominus pro rata convenitur, ſi in diſtributione plus, quam par eſt deduxerit. *l.* 3. §. 5. §. 19. *l.* 6. *l.* 7. *pr. &* §. 2. *l.* 8. *ff. eod.*

Quæ eſt actio de peculio?

℞. De hac actum ſupra tit. 6. inter actiones prætorias perſonales. *ubi vide.*

Quæ eſt actio de in rem verſo?

℞. Eſt actio prætoria, perſonalis, quæ ex contractu filiifamilias, vel ſervi, datur iis, qui cum filio, vel ſervo contraxerunt in patrem, vel dominum, de eo, quod in patrimonium ejus redactum eſt, & quidem quatenus redactum eſt. §. *prætoria. hic.*

Quid dicitur in rem verſum?

℞. Omne id quod in rem patris, vel domini, à filio, vel ſervo, bona fide neceſſario, & utiliter impenſum eſt. *l.* 3. §. 1. *& ſeq. ff. in rem verſo. d.* §. *præterea. hic.*

An actio de peculio, & de in rem verſo aliqua ratione non conveniunt?

℞. Imo vero una hic eſſe dicitur, quod de in

rem

rem verſo actio inſit actioni de peculio, & in peculio computetur id quod in rem verſum eſt. Diverſa tamen utriuſque eſt condemnatio. In illa, puta quatenus in peculio eſt. In hac in ſolidum. *Verſ. licet enim. hic.* §.4. *hic. l.*1. §. *fin. l.*1. *&* 17. §. *ff. de in rem verſ.*

An actori datur electio, qua velit agere?

℞. Omnino; ſed eliget commodiſſimam & pleniſſimam. §. 5. *hic.*

An dominus ex contractu ſervi, pater ex filii contractu perpetuo obligatur?

℞. In ſervo quidem; at non itidem in filiofamilias.

Quæ ratio diverſitatis?

℞. Quod ſervus ex contractu ſuo naturaliter tantum, non etiam civiliter obligetur; filiusfamilias utroque jure. §. 6. *hic. l.* 14. *ff. de O. & A. l.* 44. *ff. de pecul.*

Quid hinc ſequitur?

℞. Quod ii, qui cum filiofamilias contraxerunt, duos habeant obligatos, filiumfamilias in ſolidum, & patrem peculio tenus: cum ſervus civiliter conveniri non poſſit.

An & hoc in filiofamilias ſemper procedit?

℞. Minime. Fallit ex SC. Macedoniano, & quidem in cauſa mutui. §. 7. *hic.*

Quæ eſt ſumma SCti Macedoniani?

℞. Prohibet mutuas dare pecunias eis, qui ſunt in poteſtate parentum, & ei, qui crediderit, denegat actionem tam adverſus ipſum filium filiamve, nepotem neptemve (& etſi ſuæ poteſtatis eſſe cœperunt) quam adverſus patrem, avumve, etſi eos emancipaverit. §. 7. hic.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. VIII.

De noxalibus actionibus.

An ex delicto ſervi actio datur?

℞. Omnino ea, quæ noxalis dicitur; & datur quidem ex delicto ſervi privatim, licet ignorante domino, vel prohibere non valente, commiſſum.

Quatenus datur?

℞. Ut liceat domino, vel litis æſtimationem ſolvere, vel ſervum noxæ dedere.

Cui datur actio noxalis, ex qua cauſa?

℞. Datur omnibus, quibus à ſervo, ſive dolo, ſive culpa, damnum illatum eſt. *tot. tit. hic. & ff. eod.* in dominum ſervi.

Ob quam cauſſam?

℞. Ob hanc, quod cum ſervus non poſſit conveniri, nec, unde damnum reparet, habeat, æquum tamen viſum ex ejus delicto dominum obligari.

Ad quid?

℞. Ut damnum illatum reparet; ſed iſto cum temperamento, ut edendo ſervum liberetur, ſi litis æſtimationem velit evitare. §. 6. *hic.*

Quamdiu datur actio noxalis in dominum?

℞. Quamdiu dominus in poteſtate ſervum retinet, non aut mutato domino, aut ſervo manumiſſo; utpote quo caſu non in dominum competit actio, ſed directa in ipſum delinquentem.

Quid, ſi ſervus noxæ deditus ipſe pecunia quæſita damnum reſarcierit?

℞. Favore libertatis non priori domino, nec poſteriori addicitur, ſed manumittitur auxilio Prætoris. §. 3. *hic.*

Quid,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quid, ſi ſervus domino noxam commiſerit?

℞. Nulla actio dari poteſt. §. 6. *hic.*

An ex delictis filiifamilias in patrem datur actio noxalis?

℞. Olim dabatur noxalis, ita ut dedendo filium noxæ liberaretur. hodie ipſi filii de iis conveniuntur, ſed poſt eorum condemnationem datur in patrem actio de peculio: Noxales vero actiones in ſervos tantum proponuntur. §. 7. *hic.*

TIT. IX.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Quid juris, ſi animal, ſeu jumentum, damnum inferat?

℞. Servorum, & jumentorum, à noxali materia, eadem omnino eſt ratio, ut ex damno ab his illato in dominum etiam actio detur; de pauperie dicta.

Quid vocas pauperiem?

℞. Pauperies vocatur damnum, ſine injuria facientis datum.

Quo caſu datur actio de pauperie?

℞. Cum, ſi animal proprio motu, citra naturalem feritatem ſui generis, aut hominis culpam, laſcivia, fervore, aut feritate, quæ præter naturam ſit, damnum dedit. *Schneidw. eod.*

Cui datur?

℞. Cuilibet damnum paſſo. *l.* 1. §. *paſſim. h.t:* ſive is ſit dominus, ut in lege Aquilia; ſive alius: modo ejus interſit, *puta commodatario. Schneid. eod. n.* 6.

Adverſus quem?

℞. Adverſus quadrupedis dominum, eum, qui tempore quo de damno quæritur noxiæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

quadrupedis ſit dominus. *d. l.* 1. §. *cum hic.* Si plurium ſit animal, adverſus ſingulos in ſolidum. *d. l.* 1. §. *noxa autem.* adverſus ſucceſſores eo jure, quo domini ſunt. *d. l.* 1. §. *ult.*

Ad quid datur?

℞. Ut aut noxa ſarciatur, aut quadrupes noxæ dedatur. *l.* 1. *ff. hic.* fit tamen in nonnullis caſibus condemnatio in ſolidam damni æſtimationem. *De quibus latius in Enchiridio; ſed hodie damnum modo æſtimatur judicis arbitrio. Weſ. hic. n.* 6.

Quid eſt actio noxalis de pauperie?

℞. Quæ datur adverſus animalis dominum, non cujus fuerat animal cum noceret; ſed cujus nunc eſt. *Nam & in quadrupedibus noxa caput ſequitur.*

TIT. X.

De iis, per quos agere poſſumus.

Hactenus de actionibus: dic, per quem intendatur?

℞. Olim, cum non liceret alieno nomine cuiquam agere, per ipſum Actorem, & non alium, agebatur. *l.* 1. *l.* 2. *C. de for. & compet. act. l. nemo alieno.* 123. *D. de Reg. Iur.* Nunc per procuratores litigare cuivis licet, qui proprio nomine, ac per ſe judicio eſſe non poteſt. *h. in princ. l.* 1. §. 2. *C. de procurator.*

Quid eſt procurator?

℞. Qui aliena negotia mandatu domini gerit, & adminiſtrat. *d. l.* 1. *in princ.*

Quomodo conſtituitur?

℞. Omni modo; ſolo conſenſu & mandato. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* ſive expreſſe, ſive tacite, patientia præſentis, pro conſenſu. *l.* 6. *qui patitur. ff. mand.* ratihabitione pro mandato habita. *c. ratihabitionem. de R. I. in* 6.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

In quibus cauſis poteſt conſtitui procurator?

℞. In civilibus ſolum. *Regulare enim eſt, quod in criminalibus neque accuſare, neque defendere quis poſſit alium per procuratorem. hic.* §. 1. *l.* 65. *ubi Dd. ff. de proc.*

Qui poſſunt procuratorem conſtituere?

℞. Omnes, qui non prohibentur.

Qui prohibentur?

℞. 1. *Natura*, qui quid agatur non intelligunt, nec ipſi ullum negotium expedire poſſunt; ut furioſus, mente captus, natura mutus, ſurdus. 2. *Lege*, ſervi. *l.* 33. *pr. hic.* deportati, excommunicati. *c. fin. ext. eod.* capti ab hoſtibus. *l.* 15. *ff. ex quib. cauſ. maj.* & in genere ii, qui vel domini non ſunt; vel domini quidem ſunt, non tamen abſolute ſui juris, ut filiusfamilias. *Vide latius Enchiridium.*

Qui poſſunt procuratores conſtitui?

℞. Similiter, qui non prohibentur.

Qui prohibentur?

℞. Quidam jure ipſo. Qui, ſi de facto admittantur, ſemper judicium retro ſit nullum, ut furioſus, mente captus. *l.* 5. *de R. I.* prodigus. *l.* 40. *De R. I.* minor pupillus. *l.* 1. 2. *C. qui legit. pet.* Quidam ita, ut tantum per exceptionem à judicio repellantur. §. *ult. infr. de except.* ut mulier, miles. *l. quia. l.* 23. *C. hic.* potentiores. *l.* 1. *C. ne lit. potent.* fiſcus, reſpubl. *tot. tit. C. ne fiſc. & Reſp.* Reus criminis conſtitutus. *l.* 6. *C. hic.* Reipubl. cauſa abſens futurus, aut perpetuo morbo laborans *l.* 54. *& ibi Giſan. hic.*

Quatenus tenetur procurator mandato?

℞. Quomodo mandatarius fines mandati, ſecundum ſubſtantiam & qualitates, exacte cuſtodire, eoſque non excedere debeat, dictum ſupra; Idem hic tenendum reſpectu procuratoris dicimus.

Quam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quamdiu durat mandatum?

℞. Donec revocetur. *l. 65. in fin. h. t.*

Quando poteſt revocari?

℞. 1. Revocatur ante litem conteſtatam, quovis modo. *l. 16. eod.* Poſt non niſi cauſa cognita. *l. 17. & ſeqq. ff. eod.* 2. Morte alterius. *l. 26. ff. eod. limitationes vide in Enchiridio.*

An non & alii ſunt, qui litigantes juvant?

℞. Omnino: Advocati.

Qui dicuntur Advocati?

℞. Patroni cauſarum, qui litigantes conſiliis ſuis juvant, merita controverſiæ pandunt, cauſam in judicium deductam, pro ejuſdem ratione argumentis neceſſariis inſtruunt.

In quo conſiſtit munus Advocati?

℞. In eo, 1. Quod clientis ſui deſiderium in jure judiciove exponat, & adverſarii intentioni contradicat. *l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtul. l. 6. C. eod.* 2. Quæ cauſæ, ſed æque inſerviant, adducat, & illam ad optatum finem deducat. *l. 12. §. portioni. C. de jud.* 3. Lites non protelet, ſed ſine calumnia defendat. *l. quiſquis. ff. de poſtul.*

TIT. XI.

De ſatiſdationibus.

Litigans alieno nomine ſimpliciterne admittitur?

℞. Non, ſed facta prius idonea, ac ſufficiente ſatiſdatione.

Quid eſt ſatiſdare?

℞. Eſt adverſario noſtro pro eo, quod à nobis petiit, ita cavere, ut eum hoc nomine ſecurum faciamus. *l. 1. D. qui ſatiſd. cogantur.*

Quomodo ſatiſdatur?

℞. Quatuor modis. 1. Fidejuſſoribus. 2. Bonorum oppignoratione. 3. Nuda ſtipulatione. 4. Jure-

4. Jurejurando. *l. 1. ubi gl. & l. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur. & l. promiſſor. §. fin. ff. de conſt. pec.*

Qui ſatisdant in judicio?

℞. Non tantum, qui pro aliis, ſed & qui pro ſe ipſis agunt, actor, reus.

Quos reſpicit ſatiſdatio?

℞. Vel litigantes, vel litis æſtimationem.

Quotuplex eſt illa?

℞. Duplex: judicio ſiſti, *de qua tit. ff. qui ſatiſd. cog.* & rem ratam haberi; hæc dicitur judicatum ſolvi, alias cautio pro lite, & de lite. *l. 11. ff. judic. ſolvi. l. 33. ff. de fidejuſſ.*

Quid eſt ſatiſdatio de judicio ſiſti?

℞. Qua cavet litigans de judicium non ſubterfugiendo, ſed in eo permanendo, donec ſive per ſententiam judicis, ſive aliter lis terminetur. *§. 2. hic.*

Quid rem ratam haberi?

℞. Qua is, qui actionem, vel defenſionem ſuſcipit, cavet eum, cujus nomine eam ſuſcipit, & de cujus mandato non conſtat, ratam habiturum litem, & omne, quod per eum geſtum fuerit. *t. t. ff. rem rat. hab.*

Quid judicatum ſolvi?

℞. Vna appellatione tres clauſulas continet: 1. de judicatum ſolvendo. 2. de re defendenda. 3. de dolo malo. *l. judicatum. 9. ff. de judic.*

A quibus præſtantur ſingulæ ſatiſdationis ſpecies, hodie quidem, h. e. ex jure Iuſtinianeo?

℞. Hodie ex jure Juſtinianeo ſatiſdant Actor, Reus, vel alterutrius Procurator.

Quomodo ſatiſdat Actor?

℞. Actor quocunque modo agat, ſatiſdat: 1. Se intra duos menſes à tempore porrecti libelli litem conteſtaturum. *Auth. libellum. C. de litis conteſt. ex Nov. 96. cap. 1.* 2. In judicio uſque ad finem

finem permanſurum. §. 2. *hic.* 3. Si quidem ſuccumbat, impenſas Reo ſoluturum. §. 3. *hic. Nov.* 112. *cap.* 2.

Quomodo ſatiſdat Procurator Actoris?

℞. Sive mandatum non habens; ſive de quo non appareat, ante omnia de rato cavet, uſque ad litem conteſtatam durante cautione.

Quomodo Reus ſatiſdat?

℞. Agens citra procuratorem olim judicatum ſolvi ſatiſdare tenebatur. *text. hic. l. qui proprio. §. alium. ff. de procur.* hodie tantum cavet de judicio ſiſti, hoc eſt, proſequenda ad finem lite cavet. §. 2. *hic.*

Quomodo cavet procurator Rei?

℞. Reo abſente, omnino judicatum ſolvi cavet; præſens Reus ſive in loco judicii, ſive extra judicium id ipſe præſtat. §. *penult. hic.*

Sed quid hic obtinet jure noviſſimo?

℞. Sive præſens, ſive abſens ſit Reus, non ipſe procurator ſatiſdat, ſed pro eo is cujus nomine litigat pro eo; ſi quidem de mandato appareat: ſin minus, etiam de rato cavebit. *Wurmſ. tit.* 10. *obſ.* 3. *Vult.* 2. *Iuriſpr.* 2. *c.* 30.

TIT. XII.

De perpetuis, & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes, & in hæredes tranſeunt.

Quamdiu durant actiones?

℞. Olim actiones ex lege XII Tab. deſcendentes, vel ex SC. vel ex conſtitutionibus: erant perpetuæ, ſine ulla temporis præfinitione, ex juriſdictione Prætoris pleræque erant temporales, maxime annuæ. *l.* 22. §. *fin. ff. de lib. cauſſ.* Hodie ex conſtitutionibus principum, omnibus actionibus

nibus certi fines ſunt præſcripti. *l. 1. & 2. C. ſi advërſ. cred.*

Qui ſunt præſcripti fines actionibus novo jure?

℞. Civilibus actionibus realibus viginti, perſonalibus & mixtis triginta, *l. ſicut. C. de præſc. 30 vel 40 an.* Criminalibus itidem viginti. *l. 12. C. ad l. Corn. de falſ.* Ad Eccleſiam pertinentibus quadraginta. *l. 3. 4. & 7. C. de præſc. 30 vel 40 ann.* Ad Principem vel civitatem pertinentibus, centum annorum. *l. 6. C. eod.*

An non ſunt, quæ minori tempore durant?

℞. Omnino; Puta ſex menſes redhibitoria. *l. 19. §. fin. ff. de ædilit. edict.* annum injuriarum verbalium. *l. 5. C. de injur.* Pauliana. *l. 1. ff. qui in fraud. cred.* quanti minoris. *d. l. 9. §. fin.* actio de dolo biennium. *l. fin. C. de dolo.*

An non actiones tranſeunt in hæredes?

℞. Non æque omnes.

Quæ hic eſt differentia?

℞. Omnes actiones tam prætoriæ, quam civiles ex contractibus, vel quaſi contractibus deſcendentes dantur, & in hæredibus, & in hæredes. *§. 1. hic. §. rei perſequendæ res plane. ſup. de action.* Contra hæredes tamen non dantur, quæ ſunt ex dolo defuncti. *§. 1. eod.* Nec hæredibus, nec contra hæredes dantur actio injuriarum, & ſimiles ad vindictam competentes. *§. 1. hic.* Hæredibus quidem, at non contra hæredes, dantur reliquæ actiones pœnales. *d. §. 1.*

An hæ nullo caſu dantur contra hæredes?

℞. Omnino. 1. Si ex delicto defuncti ad eos aliquid pervenerit. *l. 5. ff. de calum.* 2. Si lis cum defuncto ſit conteſtata. *d. §. 1. hic.*

Quid, ſi lite pendente reus Actori ſatisfecerit?

℞. Abſolvetur judicis officio, licet judicii ſuſcepti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

cepti tempore, in ea fuerit cauſa, ut condemnari deberet. §. *fin. hic.*

TIT. XIII.

De exceptionibus.

Quid reorum cauſa contra intentionem actoris eſt comparatum?

℞. Exceptiones. *princ. hic.*

Quid eſt exceptio?

℞. Eſt intentio, ſive defenſio ejus, cum quo agitur: ſeu Rei conventi allegatio, per quam elidit Actoris intentionem, ut vel plane damnatione eximatur, vel ea ſaltem minuatur. *l. 2. ff. h. t.*

Quotuplices ſunt exceptiones?

℞. Diviſiones earum ſunt variæ, in Enchiridio latius expoſitæ.

Quæ proponuntur ab Imperatore?

℞. Varie proponuntur, exempli cauſſa, ut quod metus cauſſa, actio de dolo, in factum, de non numerata pecuniæ parte, de non petendo, de jurejurando, de re judicata: ſingulæ in Inſtitutionibus expoſitæ, *ad textum*, ſed & earum diviſio non una.

Quotuplicem hic conſideras diviſionem?

℞. Triplicem.

Quæ eſt prima?

℞. Prima diviſione exceptiones ſunt triplices: quædam peremtoriæ, quædam dilatoriæ, quædam declinatoriæ.

Quæ ſunt peremtoriæ?

℞. Quæ appoſitæ actionibus intentatis, penitus eas tollunt, & perimunt. §. 9. *hic.*

Quæ ſunt dilatoriæ?

℞. Quæ appoſitæ intentatis actionibus, eas non tollunt, ſed ad tempus differunt. §. 10. *hic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ ſunt declinatoriæ?

℞. Quibus forum aut incompetens declinatur, aut Iudex recuſatur. *arg. l. 7. de judic.*

Quæ eſt ſecunda diviſio exceptionum?

℞. Quod aliæ ſint perpetuæ, aliæ temporales.

Quæ ſunt perpetuæ?

℞. Quæ ſemper obſtant agentibus. §. 9. *hic.*

Quæ ſunt temporales?

℞. Quæ ad tempus ſolum nocent. §. 10. *hic.*

Quæ eſt tertia diviſio?

℞. Quod quædam ſint reales, quædam perſonales.

Quæ ſunt reales?

℞. Quæ cum re ambulant, & non ſolum proſunt ipſi principali debitori; ſed & acceſſoribus. Quales ſunt fidejuſſores, & mandatores.

Quæ ſunt perſonales?

℞. Quæ non tranſeunt cum rebus ad alios.

Quando exceptiones ſunt opponendæ?

℞. Leges volunt dilatorias exceptiones opponi ante litis conteſtationem. *l.pen. C. hic.* peremtorias autem tam ante, quam poſt eam uſque ad ſententiam. *l. 9. C. hic.*

An nullæ poſſunt opponi poſt ſententiam?

℞. Regulariter non attenduntur. *l. 2. C. ſent. ex.reſc.non poſſe.* ne quidem, ſi fuerint peremtoriæ. *Aſin. praxi.* §. 33. *c.* 4. *Dd. comm.*

An hoc nullis caſibus fallit?

℞. Imo vero multis, in Enchiridio plenius expoſitis.

An non ſunt & aliæ diviſiones exceptionum?

℞. Omnino. 1. *Ratione materiæ*, aliæ ſunt juris, aliæ facti. 2. *Ratione originis*, aliæ civiles, aliæ prætoriæ. §. 7. *hic.* quarum definitionem *vide in Enchiridio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. XIV.
De replicationibus.

An ſemper actio excluditur exceptione?

℞. Non; ſed ſæpe Actor, eam oppoſitione ſua elidit, & Reo ſuum jus exceptionis replicatione, aut tollit plane, aut minuit.

Quid eſt Replicatio?

℞. Eſt exceptionis exceptio, ſeu allegatio competens Actori, ad infringendam rei exceptionem. *l. 2. §. 2. D. de except.*

Cur inventa eſt?

℞. Actoris, contra injuſtitiam exceptionis, adjuvandi gratia. *hic. in pr. l. 10. C. de except.*

An non licet partibus replicationem excipere?

℞. Imo vero Actor duplicatione duplicationem, reus triplicatione, &c. excipiunt.

Quid eſt duplicatio?

℞. Duplicatio eſt allegatio, qua actor iniquam rei replicationem elidit. §. 1. *hic. l. 2. ff. de except.*

Quid eſt triplicatio?

℞. Triplicatio eſt, qua reus elidit iniquam actoris duplicationem,

An in triplicatione finis eſt oppoſitionis?

℞. Imo vero, triplicationem elidit quadruplicatio; & ita conſequenter. §. 2. *hic. d. l. 2.* Donec allegationibus Judex imponat modum. *auth. jubemus. C. de Iudic.* aut de eo partes per compromiſſum conveniant. *Schneidw. hic. n. 3.*

Cur iſta inventa?

℞. Ut de cauſa ejuſque merito erudiatur Judex, nec niſi utroque plene cognito ſententiam ferat.

TIT.

Tit. XV.
De interdictis.

Cum poſt actiones, exceptiones, replicationes, interdicta explicet Imperator; quæ ratio ordinis?

℞. Quod ut olim erant formæ, & conceptiones verborum, quibus in poſſeſſionis, vel quaſi controverſiis, Prætor aliquid fieri jubebat, aut prohibebat, cum aliarum alia eſſet ſollennitas, & natura, hodie licet confuſa actionum, & interdictorum natura, vocabulis tamen manent diſtinctæ.

Quid vocas interdicta?

℞. Formulas, quibus prætor jubet, aut vetat aliquid fieri.

Quotuplicia ſunt?

℞. Dividuntur varie, *ut latius in Enchiridio.*

Quæ eſt prima diviſio?

℞. Quod quædam dantur de rebus divinis, & ſacris, *quale eſt interdictum, ne quid in loco ſacro fiat; item ne vis ei fiat, qui corpus mortuum infert in locum religioſum.* Quædam de rebus humanis. *l. 1. in princ. D. eod.*

Quæ eſt diviſio interdictorum, de rebus humanis?

℞. Interdicta rerum humanarum quædam de rebus publicis ſunt, quædam vero de privatis.

Da utrorumque exempla.

℞. De rebus privatis ſunt varia, pro varia rerum privatarum ratione. De publicis exempla ſunt: *Ne quid fiat in loco, aut itinere publico. De loco publico fruendo; de ripa munienda, aliaque.*

Quæ eſt diviſio interdictorum?

℞. Interdicta quædam ſunt prohibitoria,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

quædam reſtitutoria, quædam exhibitoria. §. 1. *hic.*

Quæ ſunt interdicta prohibitoria?

℞. Quibus prætor vetat aliquid fieri. §. *eod.*

Quæ ſunt reſtitutoria?

℞. Quibus reſtitui aliquid, ſive rem, ſive opus aliquod Prætor jubet. §. *eod.*

Quæ ſunt exhibitoria?

℞. Per quæ jubet prætor quid exhiberi. §. *eod.* *Exempla omnium ſunt in textu Imperatoris.*

Quæ eſt quarta diviſio interdictorum?

℞. Quod quædam ſint adipiſcendæ, quædam retinendæ, quædam recuperandæ poſſeſſionis. §. 2. *hic.*

Quæ ſunt interdicta adipiſcendæ?

℞. Quæ à Prætore pro adipiſcenda bonorum poſſeſſione propoſita ſunt iis, qui ante bonorum poſſeſſionem non ſunt nacti.

Da exempla talium interdictorum?

℞. Ejuſmodi interdicta ſunt, quorum bonorum: quod legatorum: & Interdictum Salvianum.

Interdictum quorum bonorum quid eſt?

℞. Eſt interdictum reſtitutorium. §. 1. *hic.* Univerſale, quo poſſeſſio eorum bonorum, quæ quis poſſidet, pro hærede, vel pro poſſeſſore, bonorum poſſeſſori, atque ei, qui hæredis loco per hæredem conſtitutus eſt, reſtitui, hoc eſt, tradi, ac cedi jubetur. *vid. t. t. D. & C. quorum bon.* §. 3. *hic.*

Quid differt à petitione hæreditatis?

℞. 1. Petitio hæreditatis de jure ac dominio eſt; hoc interdictum, de poſſeſſione. Puta ex parte bonorum poſſeſſoris, adipiſcendæ vel apprehendendæ: ex parte vero poſſeſſoris reſtituendæ poſſeſſionis. 2. Petitio hæreditatis datur in debitorem hæreditarium: Hoc interdictum in debitorem

rem hæreditatis non datur. *vid. hanc differ. apud Cujac. in par. D. h. t. & Schneidw. eod. n. 33.*

Cui datur?

℞. Directo datur Bonorum poſſeſſori, cui prætor ſpecialiter providit. Utiliter cuilibet hæredi. *l. 1. C. eod.* etiam ſuo. *Weſ. par. hic. n. 7.*

Adverſus quem?

℞. Advèrſus eum, qui pro hærede, vel poſſeſſore poſſidet. Non contra titulo juſto poſſidentes, nec adverſus debitorem hæreditarium. *l. 2. ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ad adipiſcendam, vel bonorum omnium hæreditariorum, etiam feudalium, quæ defunctus tempore mortis habuit, poſſeſſionem, vel ad hæreditatem legitimam. *l. 1. §. 1. ff. hic.*

Quid eſt interdictum quod legatorum?

℞. Quod datur poſt aditam hæreditatem hæredi, vel bonorum poſſeſſori, adverſus legatarium, vel fideicommiſſarium, qui occupavit vacuam poſſeſſionem rei legatæ, ſine voluntate hæredis, ut eam reſtituat, vel in id, quod intereſt, condemnetur. *l. 1. §. 2. l. 2. §. 2. ff. quod legat.*

Quale ergo eſt hoc interdictum?

℞. Intuitu Actoris adipiſcendæ; Rei vero reſpectu poſſeſſionis reſtituendæ. *Quomodo hodie non ſit locus interdicto, vide Enchiridium.*

Quid eſt interdictum Salvianum?

℞. Eſt interdictum reſtitutorium, quod datur locatori adverſus colonum, ad rerum locatori pro penſione, & damno rei locatæ dato, pignori obligatarum, acquirendam poſſeſſionem. *§. 3. hic.*

Quid differt à Serviana actione?

℞. Quod hoc interdictum ſit judicii poſſeſſorii, Actio vero Serviana judicii petitorii: hæc da-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

tur in quemcunque poſſeſſorem, illud vero in debitorem conductorem. §. 3. *hic.*

Quæ ſunt interdicta retinendæ poſſeſſionis?

℞. Quæ inter eos interponuntur, qui invicem de proprietate rei contendunt, utroque ratione juris ſui poſſidere volente, ita ut dubium ſit, quis poſſidere debeat, & quis petitor, quis vero poſſeſſor habendus ſit.

Quot ſunt talia interdicta?

℞. Duo recenſentur ab Imperatore. *Uti poſſidetis, & Utrubi.* §. 4. *hic.*

Quid eſt interdictum Uti poſſidetis?

℞. Eſt interdictum retinendæ poſſeſſionis, quo poſſeſſionem ſuam eſſe aſſerit ac vindicat poſſeſſor quiſpiam, quam ſibi nulla alia actione aſſerere poteſt, dum in ea turbatur atque inquietatur. *Cujac. in par. D. uti poſſ.*

Cui datur?

℞. Directo datur poſſidenti, ſive juſte, ſive injuſte rem mobilem, ſive civiliter, ſive naturaliter, ſive utroque modo. *l. 1. & l. fin. ibi gl. ff. eod.* Utiliter quaſi poſſidenti res incorporales. *l. unica. & ibi not. C. eod.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus quoquo modo poſſeſſionis ſive rerum corporalium mobilium uſum impedientem, ſive in quaſi poſſeſſione rerum incorporalium turbantem. *d. l. 1. §. 3. ff. eod.*

Ad quid datur?

℞. Ut à turbatione ceſſet, & in futurum non turbet, & hoc nomine caveat, damna illata, & fructus perceptos reſtituat. *d. l. 1.*

Quod eſt interdictum Utrubi?

℞. Eſt interdictum ſuper retinenda poſſeſſione rerum mobilium competens adverſus eum, qui poſſidenti circa eam eſt moleſtus. *l. un. ff. utrubi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Eſt-ne ergo hoc interdictum ſimile interdicto uti poſſidetis?

℞. Omnino, eſt enim & hoc comparatum retinendæ poſſeſſionis cauſa.

Nihil-ne differt ab interdicto uti poſſidetis?

℞. Differt, quod illud datur pro rebus immobilibus, ſeu rebus ſoli: hoc pro rebus mobilibus, & quæ non ſunt ſoli.

Per quem retinetur poſſeſſio?

℞. Per quemlibet, etiam alterius nomine poſſidentem. *Non enim per ſe ſolum quilibet poſſidet, ſed & per alium, quamvis ipſius juri non ſubjectum; Imo etiam ſolo animo retineatur poſſeſſio. §. 5. l. 44. in fin. D. acquir. poſſ.*

Quod eſt interdictum recuperandæ poſſeſſionis?

℞. Eſt interdictum, unde vi dictum.

Quomodo definitur?

℞. Eſt interdictum, quo petimus reſtitui nobis poſſeſſionem, de qua per vim ſumus dejecti.

De quali poſſeſſione dejectio datur?

℞. De qualicunque. *l.* 1. §. 9. §. 23. *De vi & vi arm.* etiam prædoni; item ſpoliato ab eo, quem conſtat dominum eſſe; attamen dejecto per vim expulſivam, non compulſivam. *l.* 5. *hic.*

Adverſus quem?

℞. Adverſus, 1. dejicientem. 2. item eum, qui mandavit ſpolium, vel ratum habuit. 3. etiam adverſus ipſum procuratorem, qui dejecit. *l.* 1. §. *quoties. ff. de vi & vi arm.* 4. Item eum, qui poſſeſſionem, de qua aliquem dejecit, rurſus amiſit; quamvis ſine dolo aut culpa. 5. Adverſus fraudulentæ dejectionis perſuaſorem. *l.* 3. §. *hoc interdictum. ff. de vi & vi arm.* Denique utiliter adverſus ipſum dejectum; ſi forte ex intervallo collectis armis dejiciat eundem dejectorem. *per l.* 1. §. *qui à me. ff. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ad quid datur ?

℞. Ad reſtitutionem poſſeſſionis, & rerum omnium mobilium, quæ ibi fuerint cum dejiceretur; ſive proprie dejecti fuerunt, ſive apud eum depoſitæ, ei commodatæ, aut oppignoratæ; vel quarum modo uſumfructum vel uſum habuerit. *d. l.* 1. §. *quod autem ait Prætor. ff. de vi & vi arm.* 2. Fructuum ex die dejectionis, cæterarumque utilitatum, quos dejectus quieta poſſeſſione uſus percipere potuiſſet, & omnino ad id quanti Actoris interſit, non eſſe poſſeſſione dejectum. *l.* 1. *ex die. ff. l. interdicto. l. ſi plures.* §. *dejectum. ff. eod.*

An non alia pœna eum manet, qui vi aliquem dejecit ſua poſſeſſione ?

℞. Imo vero hodie is, qui alium per vim dejecit & extudit poſſeſſione, criminaliter, & civiliter conveniri poteſt.

Vi dejectus quatenus poteſt agere criminaliter ?

℞. Vi privata, ſeu ſine armis, dejectus, agit contra dejicientem ex lege Julia de vi privata, ad tertiæ partis bonorum confiſcationem. Cum armis dejectus, ex lege Julia de vi publica, ad deportationem.

An nulla eſt interdictorum diviſio præter ſuperiores ?

℞. Omnino, ea ex qua interdicta quædam ſunt ſimplicia, quædam duplicia, ſeu mixta.

Da ſingulorum definitionem ?

℞. Simplicia ſunt, in quibus Actor ab ipſo Reo facillime internoſci poteſt. Duplicia in quibus par utriuſque litigatoris eſt conditio.

Quot ſunt genera duplicium interdictorum ?

℞. Saltem duo. Nempe interdictum uti poſſidetis, & Utrubi. §. *ult. hic.*

TIT.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

TIT. XVI.

De pœna temere litigantium.

An cuilibet impune licet litigare?

℟. Non; ſed temere litigantes triplici pœna coërcentur: 1. juramento calumniæ. 2. pœna pecuniaria. 3. infamia.

Quid eſt juramentum calumniæ?

℟. Quo partes litigantes religioſe affirmant, ſe non calumniandi animo litem vel intendere, vel fovere, vel quicquam malitioſe proponere, vel inficias ire, ſed ſolum opinione & fiducia juris ſui. §.1 *hic. Cujac. in par. C. de jurejurand. propt. cal. dan.*

Quis coërcetur pœna pecuniaria?

℟. Is, qui negat ſe damnum injuria dediſſe; qui negat venerabilibus locis relictum, aut etiam ejus ſolutionem differt. *Nam tales in duplum condemnantur. vid.* §. 26. *Inſt. de act. d.* §. 1. *verſ. at adverſus. l. contra. C. ad l. Aquil.*

Quomodo infamia notantur temere litigantes?

℟. Id non habet locum in damnatis omnibus judiciis, ſed in quibuſdam tantum.

In quibus?

℟. Furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo, tutelæ, mandati, depoſiti: directis, non contrariis actionibus. Item pro ſocio; non tamen condictione furtiva. *text. hic.*

An non Infamia poteſt evitari?

℟. Omnino. 1. Si quidem Reus ante ſententiam, ut ab actione deſiſteretur, precibus, non pretio impetravit. 2. Si juſſu judicis idem pactus eſt. *l.* 18. *C. ex quib. cauſ. l.* 7. §. *fin. ff. de his qui not. inf.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Hactenus de actionibus; dic, quomodo deducantur in jus?

℞. Omnium actionum (*ut Imperator. §. ult. ait*) inſtituendarum initium eſt, ab ea edicti parte, qua Prætor edicit, de in jus vocando, *h. e. per citationem.*

Quid eſt citatio?

℞. Jure veteri variis modis à vocatione in jus diſtinguebatur, promiſcua hodie utriuſque appellatione, eſt actus ſolennis, quo reus ad jus dicendum vocatur juris experiundi cauſa. *Pac. diſp.* XXV. *de ritu judicior. Vult.* 2. *Iuriſpr. cap.* 28.

Quotuplex eſt?

℞. 1. Vel *verbalis*, vel *realis.*

Quotuplex eſt verbalis?

℞. Eſt, vel *publica*; quæ fit publice per edictum, campanam, clamorem: vel *privata*; quæ privatim fit in perſonam citandi rei, idque vel voce, vel literis, vel ſimpliciter, vel dilatorie, vel peremtorie.

Quæ dicitur citatio realis?

℞. Quando reus, ob certas cauſas, per apparitores apprehenditur, & in judicium ducitur.

Quot modis fit?

℞. Vel captura, vel arreſtatione (ut loquuntur) ſeu manus injectione in perſonam vel rem facta, publica magiſtratus auctoritate, ſecuritatis gratia; ne ſuo ſtatu moveantur, ſive res, ſive perſona, donec negotium, vel cauſa, de qua quæritur, expediatur aut componatur.

Citatione expedita, quid deinceps in judicio agitur?

℞. Offertur reo libellus ab actore: reus ad deliberandum inducias petit, contendere velit, nec ne: Contendendum ſi putavit, lite conteſtata, exceptionibus intentionem Actoris elidit; vel antequam lis conteſtetur, dilatoriis utitur.

Lite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Lite conteſtata, Actor exceptiones Rei diluit Replicatione; Actoris replicationes Reus duplicatione: Atque ita ſecundum fori conſtitutionem, deinceps proceditur, donec in cauſa concludatur, & facta concluſione à partibus, ſententiam ferat judex, & exſecutioni mandet: quæ tamen exſecutio per interpoſitam appellationem ſuſpenditur. *Vide hæc omnia latius & fuſius in Enchiridio.*

TIT. XVII.

De officio Iudicis.

Quæ eſt hujus tituli cum ſuperioribus connexio?

℞. Hæc, quod cum in quolibet judicio civili tres perſonæ requirantur, Actor, Reus, & Iudex. *l. inter litigantes. ff. de judiciis, &c. foris. Ext. de verb. ſignificatione.* de Actore vero & Reo hactenus dictum ſit, ideo nunc de Iudice, & ejus officio ſit dicendum.

Iudex quid eſt?

℞. Eſt perſona, quæ juriſdictioni præeſt ac populo juxta leges, conſtitutiones, & conſuetudinem cum norma Juſtitiæ congruentem, jus dicit, *pr. hic. & d. c. foris. §. judex. extra, de verb. ſignif.*

Quid eſt officium Iudicis?

℞. Eſt jus, quod ad dirimendas lites, tollendaque gravamina, quomodo libet, ſecundum æquitatem exercetur; ut per hoc omnium tranquillitati, tam privatim, quam publice conſulatur.

Quotuplex eſt?

℞. Duplex, ſecundum magis communem opinionem; Nobile, & mercenarium.

Quod eſt nobile judicis officium?

℞. Quod judex ſua, hoc eſt, juriſdictionis auctori-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ctoritate exercet, etiamſi nulla proponatur actio, & interdum proprio nemine petente.

Quæ ratio definitionis?

Reſp. Quod judex, ſeu magiſtratus, eſt animata lex, & jus, cum litera mortua ſit, deſcriptum, in forum producatur judicis, cuique jus ſuum tribuentis, viva exercitatione.

Quod eſt officium judicis mercenarium?

Reſp. Quod actioni inſervit, ſeu quod judex impertit actionibus in judicium perductis, aut perducendis, ultro quidem, ſed non niſi ad normam actionis: qua ceſſante, ceſſat. *l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædilit. edict.*

Quid in genere conſiderandum circa officium judicis?

Reſp. Obſervabit judex, 1. ne aliter judicet, quam legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. 2. Ut omnino, quantum fieri poteſt, certæ pecuniæ vel rei ſententiam ferat, etiamſi de incerta quantitate apud eum ſit actum. *Latius in Enchiridio.*

Quid Imperator tractat circa Iudicis officium in ſpecie?

Reſp. Quomodo Iudex ſecundum leges, conſuetudines, adeoque normam judicare debeat, per ſpecies & exempla explicat; non omnino, ſed quædam duntaxat. Puta actionum noxalium, realium, petitionis hæreditatis, ad exhibendum, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum. *text. hic.*

Quomodo docet judicandum in actione noxali?

Reſp. Si quidem condemnandum ſit, condemnabit judex eum, cujus ſervus damnum dedit, vel in damni æſtimationem, vel in noxæ, id eſt, corporis quod nocuit, deditionem. §. 1. *hic. l. 6. §. 1. ff. de re jud.*

Quo-

Quomodo in Reali?

Reſp. Si in ea petitor nihil probaverit: abſolvit poſſeſſorem, licet nihil præſtiterit: Reo probante rem ſuam eſſe, jubebit eam reſtitui, una cum fructibus in ſententia exprimendis, & omni cauſa. §. 2. *hic.*

Quomodo judicabit in petitione hæreditatis?

Reſp. Eodem modo, quo in ſingularum rerum petitione; puta in utraque actione poſſeſſorem malæ fidei in omnes fructus perceptos, & percipiendos, h. e. quos percipere potuit; bonæ fidei poſſeſſorem in fructus perceptos poſt litem motam, vel qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, condemnabit, reſtituendos in rei vindicatione officio judicis; in petitione hæreditatis, jure actionis. *d.* §. 2. *verſ. etſi hæreditas. l.* 20. §. 3. *ff. de pet. hær. l.* 33. *&* 35. *ff. de rei vindic.*

Quomodo in actione ad exhibendum?

Reſp. Quia ea eſt rei vindicationis præparatoria, condemnabit Iudex Reum, etiam ut rem exhibeat, cum omni cauſa, quam habuiſſet Actor, ſi, cum primum ad exhibendum agi cœpit, exhibita fuiſſet; hoc eſt, litis conteſtatæ tempore; etiam fructuum medii temporis inter litem conteſtatam, & rem judicatam, habita ratione. *l.* 9. §. 5. 6. *uſque ad finem. ff. ad exhib.* §. 3. *hic.*

Quomodo, ſi familiæ erciſcundæ agatur?

Reſp. I. In omnium cohæredum perſona condemnabit. II. Singulas res ſingulis hæredibus adjudicabit. III. Dividet quæ commode dividi poſſunt. IV. Si plus cui adjudicatum quam ad eum pro hæreditaria portione pertineat, vel quis fructus rei hæreditariæ perceperit, vel in iis damnum dederit, eum in pecuniam cohæredibus condemnando, ad æqualitatem rediget portio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

nes hæreditarias; Idque ſive duo modo, ſive plures ſint cohæredes. *l. 2. §. pen. l. 44. §. 2. & paſſim. ff. fam. erciſcund.* V. Quædam tamen indiviſa relinquere debet, puta libros improbatæ lectionis, magicos, & ſimiles. *l. 4. §. 1. ff. eod.* VI. Tabulas teſtamenti, & cautiones hæreditarias apud eum relinquet, qui majore ex parte hæres ſcriptus eſt; modo is caveat de authenticis, quando opus ſit, exhibendis, vel omnibus in æquas portiones reſtitutis, in quem ſors cadat; vel apud communem amicum ex conſenſu electum, vel in æde ſacra deponi jubebit: ita tamen ut cæteris ad quos ea res pertinet, detur exemplum recognitum. *d. l. 4. §. ult. & l. ſeqq. ff. eod. Pac. epit. diſp. 19. de act. theſi* 14. 15. VII. Sed & jubebit ad faciliorem diviſionem, in caſibus neceſſariis bonorum ex familia ab hæredibus perceptorum collationem. *Vide Enchiridium.*

Quomodo ſi agatur communi dividundo?

℞. Eodem modo procedet judex, quo in ſuperiori judicio. 1. Si de pluribus rebus actum ſit, numero potius, quam in partes eas dividet. 2. Si de una, quæ commode dividi poſſit, partes debitas ſingulis adjudicabit. 3. Si nullo modo, vel non commode dividi poſſint, uni quidem adjudicabit totam; ſed condemnabit eundem in pecuniam, alteri pro rata dandam. Quæ etiam condemnatio in pecuniam fiet ex iiſdem cauſis, ex quibus eam in judicio familiæ erciſcundæ fieri diximus. *§. eodem. hic.*

Quomodo ſi finium regundorum agatur?

℞. 1. An adjudicatio ſit neceſſaria, diſpicere Iudex debet. 2. Quod ſi ex unius agro partem alterius agri domino adjudicet; hunc in certam pecuniam alteri pro valore ademtæ partis præſtandam condemnabit. 3. Si quis malitioſe lapides finales moverit, vel arbores exciderit, vel ad

juſſum

juſſum judicis metiri agros paſſus non fuerit, eum in litis æſtimationem condemnabit. §. 6. *hic. l. 3. C. d. l. 1. & 2. ff. de term. mot.*

TIT. XVIII.

De publicis judiciis.

Quomodo connectitur hic titulus cum ſuperioribus?

℞. Pertinet hic titulus, quemadmodum & ſuperior de interdictis ad cognata actionum.

Quæ eſt iſta cognatio?

℞. Quod etſi actionum & accuſationum, quarum hæ criminalia, ſeu publica, illæ vero civilia aut privata judicia reſpiciunt, magna eſt diverſitas, tamen etiam reliqua ratione inter ſe conveniunt.

Qua in re?

℞. Quod, 1. ut in actionibus, ita & in accuſationibus, tres perſonæ diverſis nominibus diſtincte ad cujuſlibet judicii conſtitutionem requiruntur. 2. Quemadmodum civilia judicia ſunt vel ordinaria, vel extraordinaria: ita quoque criminales actiones, vel ordinariæ, vel extraordinariæ dicantur. 3. Quod utrimque tam in civilibus, quam criminalibus, & citatio, & libellus, & juramentum de calumnia cæteræque judiciorum ſolennitates requiruntur: *Mynſingerus ad Inſt. hoc loco.*

Quid eſt judicium publicum?

℞. Eſt judicium, quod ob crimen enorme, & pacem publicam turbans, ad legitimum Magiſtratum delatum, ſive aliter ei cognitum, pœnaliter in delinquentem ,ſive ad accuſatoris inſtantiam, ſive motu proprio, & officii neceſſitate exercetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quotuplex eſt?

℞. Duplex: capitale, & non capitale.

Quid eſt capitale?

℞. Capitale eſt, in quo certa pœna mortis, ſive naturalis, ſive civilis, infligitur.

Quæ huc pertinent crimina?

℞. Crimen læſæ majeſtatis, adulterium, homicidium, parricidium, veneficium, crimen falſi, vis publica, raptus virginum, plagium, peculatus, & ſi quæ ſimilia, vel graviora inveniantur.

Quid eſt crimen non capitale?

℞. Non capitale crimen eſt, quod extraordinarium vocatur, in quo tranſgreſſori, & delinquenti, judicis arbitrio, pœna pecuniaria una cum infamiæ nota irrogatur.

Quæ huc pertinent?

℞. Lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetundarum, lex Iulia de annona, & lex Iulia de reſiduis, &c. §. *publica.* & §. *ſunt præterea. hoc tit.*

Quot ſpecies publicorum Iudiciorum recenſet Imperator?

℞. Læſæ majeſtatis crimen, adulterii, vis publicæ & privatæ, homicidii, ſpeciatim etiam parricidii, falſi, peculatus, plagii, ambitus, repetundarum, annonæ, de reſiduis. *text. hic.*

Quod eſt crimen læſæ majeſtatis?

℞. Committitur proprie contra ſummum principem, & imperii ſtatum. §. 3. *hic. l. ult. C. hic.* Improprie in legatos principis, ejuſque conſiliarios. Quomodo etiam moliens aliquid contra civitatem non agnoſcentem ſuperiorem, in ſuam patriam majeſtatis reus dicitur. *Communem dicit Decianus conſ.* 18. *n.* 315.

Qui committunt hoc crimen?

℞. Qui principi, vel Reip. contra quem delinquitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

quitur, ſive originis vel domicilii ratione, ſunt ſubditi. *Pac. Epit. diſp.* 30. *theſi* 23.

Quando videntur majeſtatem lædere?

℞. Quando, 1. adverſus ipſum principem, vel ejus ſecuritatem committunt; idque quod ad principem attinet. 2. quando honori ejus, vel majeſtati derogant.

Quot modis id fit?

℞. Variis, 1. Statuas, vel imagines Principis violando. *l.* 6. *&* 7. *ff. ad l. Iul. Maj.* 2. Animo hoſtili in principem aliquid machinando. *l. ult. ff. eod.* 3. Seditionem in Rep. concitando. 4. Exercitum principis injuſſu colligendo. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* 5. Reſervata principi jura ſibi adſcribendo. 6. Vectigalia nova abſque ejus auctoritate imponendo. *l.* 2. 3. 4. *ff. eod.* 6. 7. Monetam adulterinam cudendo, &c. *l.* 2. *C. de falſ. monet.*

Quâ pœna plectuntur hujus criminis rei?

℞. Gladio, cruce; alii etiam exilio olim mulctabantur. *l.* 5. *C. ad l. Iul maj.* Hodie ſemper morte, non eadem, ſed pro gravitate criminis graviore.

Quæ in pœna præterea hic notanda?

℞. Quod non tantum principalis reus, ſed & conſcius, adjutor, miniſter, gladio puniatur. *l. quiſquis. pr. &* §. *pen. C. hic.* Bonis confiſcatis, filii rei infamia perpetua notentur, & à ſucceſſione patris removeantur; filiæ ex bonis matris, ſive teſtatæ, ſive inteſtatæ, Falcidiam tamen detrahant: emancipationes, donationes à reis factæ, & dotes ab iis datæ revocentur. *d. l. quiſquis. per totum.*

An non eſt crimen læſæ majeſtatis divinæ?

℞. Imo blaſphemiæ, & hæreſeos.

Quæ utriuſque pœna?

℞. Prioris rei capitalem luunt pœnam de jure civili. *Nov.* 77. Poſterioris rei, de jure civili, de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

privilegiis omnibus exuti, & ab omni dignitate remoti, vel exilio puniuntur, vel ultimo ſupplicio. *l.* 1. 5. 7. *&* 20. *C. de hæret.* Jure canonico excommunicantur, & filii eorum ad ſecundam generationem incapaces ſunt beneficiorum. *l.* 3. *&* 13. *C. de hæret.*

Quod eſt ſecundum crimen publicum?

℞. Adulterium.

Quomodo definitur?

℞. Violatio alieni tori, ſeu alienarum nuptiarum corruptio. *c.* 35. 4. 5. §. 6. *Hoſt. de adult. in pr. Sic dictum, quaſi ad alterius torum acceſſus.*

A quibus committitur adulterium?

℞. Tam à marito, quam à marita.

A quo magis?

℞. Magis à marita.

Quare?

℞. Quia hæc etiam cum non conjugato committit adulterium: maritus vero cum ſoluta minime, ſed committit fornicationem.

Quare?

℞. Quandoquidem alterius torum non violat, & alienam matremfamilias non corrumpit. *Bred. hic.*

In quas perſonas committitur adulterium?

℞. Solum in nuptas, & omnes quidem. Nempe hoc adeo verum eſt, ut etiam in ſponſam committatur. *l.* 7. *C. ad l. Iul. de adulter.* In viduam vero, ſeu virginem hic ſolum ſtuprum committitur. *l.* 6. §. 1. *l.* 34. *in fin. ff. de Adult.*

Quomodo punitur adulterium?

℞. Vir jure civili plectitur capite; fœmina in monaſterium detruditur, ne ulli alii nubat: jure divino extremo ſupplicio afficitur, tam adulter, quam adultera. *Deut.* 22. *v.* 22. *Levit.* 10. *v.* 10. Quam pœnam conſtitutiones imperii retinent. *Ordin. imper. C.* 121.

Quid

Quid eſt ſtuprum?

℞. Eſt coïtus cum virgine, vidua honeſte vivente: proprie cum virgine.

Quotuplex eſt?

℞. Duplex; aliud *voluntarium*, aliud *violentum*.

Quæ utriuſque pœna?

℞. Hujus ſi perfectum ſit, pœna capitalis eſt. *l. 1. in fin. ff. de extraord. crim.* Illius vero non, ſed illo caſu ſtuprator ſi honeſtus eſt, punitur publicatione dimidiæ partis bonorum: ſi humilis, coërcitione corporis, cum relegatione. §. 4. *hic. in fin.*

Quid differt à ſcortatione?

℞. Scortatio proprie eſt meretricius coïtus; ſtuprum vero cum honeſte vivente. *c. meretrices.* 31. *qu.* 4.

Quid à concubinatu?

℞. Concubinatus in ſpecie dicitur, quando quis apud ſe detinet mulierem, cum qua ſe conjungit ſine maritali affectione. *l.* 144. *De V. S. t. t. ff. de concubinis.*

Quid eſt inceſtum?

℞. Coïtus cum ſanguine, vel affinitate juncto, vel juncta. *l.* 38. *pr.* & §. 1. *ff. ad l. Iul. de adult.*

Quæ lex agit de his criminibus?

℞. In eorum vindictam jure civili prodita lex Julia de adulteriis, qua coërcentur tam ſtupratores, quam adulteri. Quanquam etiam privatis per ſe conceſſa ſit adulterii vindicta.

Quibus?

℞. Patri ita; ut adulterum, cum filia in ipſa turpitudine deprehenſum, licite occidere poſſit. Quod & marito permiſſum eſt, adulteri reſpectu, ſi in domo ſua eum ita deprehenderit, & infamis ſit; non uxoris. *l.*20. & *ſeqq. ff. l.*4. *C. eod.* Accuſatio tamen adulteri & patri, & marito, conceſſa. *Vide Enchiridium.*

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quod eſt crimen vis publicæ?

℞. *Publica* vis eſt, 1. quæ fit armis. §. 8. *hic. quod armorum uſus ſit publicus, non privatus. l. 1. ff. hic.* 2. Quæ fit à perſona publica. 3. In perſonam publicam. *l. 7. ff. ad l. Iul. de vi publ.* 4. Qua violatur jus publicum.

Quod vis privata?

℞. Privata vis eſt, quæ fit ſine armis à perſona privata, in privatam, citra juris publici violationem; *Puta cum quis ſine armis ejicitur poſſeſſione. §. eod. Pac. epit. diſp. 31. theſi 23.*

Qua lege utraque punitur?

℞. Lege Julia, ab Imperatore propoſita.

Qua pœna?

℞. Pœna violentiæ publicæ olim erat aquæ & ignis interdictio. *l. 10. §. fin. h. t.* poſtea deportatio cum bonorum publicatione. §. 8. *hic. l. 3. ad l. Iul. pecul.* Privatæ tertia pars bonorum cum infamia. *l. 1. ff. hic.* Hodie utriuſque eſt arbitraria, pro ratione circumſtantiarum uſque ad mortem. *Perez. hic.*

Quæ crimina puniuntur lege Cornelia de ſicariis?

℞. Crimen homicidii, veneficii, & incendii illati. *Vult. com. l. 1. ff. ad l. Corn. de ſicar.*

Quæ ſunt ſpecies homicidii?

℞. Tres. 1. *Voluntarium*; quod committitur animi propoſito & dolo. 2. *Neceſſarium*, quod fit ob neceſſariam corporis defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, *id eſt, ſolum ad defenſionem corporis, citra vindictæ imaginem.* 3. *Non voluntarium*, ſeu caſuale, quod fit caſu, atque ita præter facientis opinionem, aut mentis inopia, puta ab infantibus, furioſis, dormientibus. *l. 5. C. ad l. Corn. de ſic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

In quale homicidium hac lege pœna decernitur?

℞. Ex his homicidiis lege Cornelia tenentur, qui ex dolo, & propoſito, hominem occiderunt. *l.* 1. *pr. ff. hic.* aut ejus occidendi, vel furti faciendi cauſa cum telo fuerunt. *d. l.* 1. ut quis capitis damnaretur, falſum teſtimonium dixerunt, quamvis voluntas exitum non habuerit. *l.* 1. *pr.* & *l.* 14. *ff. hic.* §. 5. *Item lex Cornelia. hic.*

Quid juris circa duas alias homicidii ſpecies?

℞. *Neceſſarium* nec hac, nec alia lege punitur, modo in moderamine inculpatæ tutelæ conſiſtat. *l.* 1. *C. unde vi. Bart. & Dd. in l.* 3. *ff. de juſt. & jur. Non voluntarium* in actu licito veniam meretur, in illicito, vel culpa non carente, ceſſante legis Corneliæ pœna, pro ratione circumſtantiarum extra ordinem punitur. *Vult. com. Inſt. hic. conſtit. Carol. art.* 46.

Quæ eſt pœna homicidii ex lege Cornelia?

℞. Olim fuit aquæ & ignis interdictio; cui poſtea ſucceſſit deportatio, & bonorum ademtio; qua hodie volunt affici gradu ſublimiores; ſequente gradu qui erant, capite puniebantur, id eſt, morte: beſtiis objiciebantur humiliores. *Vult. com. eod. n.* 7. Noviſſimo jure pœna gladii eſt. *l.* 3. §. 5. *l.* 16. *ff. ad l. Corn. de ſic.* nobiles ſive ignobiles homicidium commiſerint. *arg. l. nemo. C. de Epiſc. aud. l.* 1. *C. ubi Senat. & Clariſſ.*

Qui dicuntur venefici?

℞. Qui venenum hominis necandi cauſa faciunt. *l.* 1. §. 1. *l.* 3. *ff. eod.* etſi id ipſi non exhibeant, ſed in eum finem tantum vendant. *argum. d. l.* 3. §. 1. Item qui artibus magicis in eundem finem utuntur. §. 5. *hic.*

Quæ pœna utrorumque?

℞. Eorum, qui venenis ad hominem necandum utuntur, pœna gladius eſt. *arg. d. l.* 1. *Cla-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

rus. hic. Weſ. par. hic. Qui magicis artibus utuntur, ignis. *l.* 3. *C. de malef. & mathemat.*

Quid eſt parricidium?

℞. Proprie dicitur homicidium commiſſum, inter parentes, & liberos, utriuſque ſexus, quique eorum loco ſunt; minus proprie inter collaterales & affines committitur. *l.*1 *.ff. ad l.Pomp. de parricid.*

Qua lege coërcetur?

℞. Lege Pompeia de parricidiis: ſed & ad eam lex Cornelia de ſicariis pertinet, tanquam de eo lata primum. *Vult. com. Inſt. hic.*

Quæ pœna?

℞. Olim ex lege Pompeia, fuit eadem, quæ legis Corneliæ de ſicariis: Ante eam alia more majorum recepta, eaque ſingularis; Reducta à Conſtantino, hic approbata ab Imperatore.

Quæ eſt iſta pœna?

℞. Ut parricida virgis ſanguineis cæderetur, & poſtea culeo inſutus cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia in mare projiceretur. §. 6. *hic.*

Quomodo punitur parricidium hodie?

℞. Hodie de conſuetudine varie punitur, puta gladio, rota, forcipibus, vel etiam pœna ad imitationem veteris Romanæ ordinata. *Weſ. par. hic. Treutl. diſp.* 3. *de ſpeciebus public. judic.theſ.*7. *lit.f.*

An ipſi parricidæ ſolum puniuntur?

℞. Etiam puniuntur ejuſdem criminis conſcii & auxiliatores.

An eadem pœna?

℞. Mitius puniuntur conſcii, auxiliatores ordinaria pœna afficiuntur; Ut etiam ipſi parricidæ; ad actum proximum deducto conatu, licet eventus non ſit ſecutus. *l.* 2. *&* 6. *ff. h. t.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quod eſt crimen falſi?

℞. Falſi crimen eſt actus doloſus imitandæ veritatis, ejuſque corrumpendæ gratia, ad proximum decipiendum factus & adhibitus. §. 6. *hic.*

Qua lege coërcetur?

℞. Lege Cornelia de falſis. *d.* §. 6. *hic.*

Quot modis committitur falſum?

℞. Varie, ſive ſecundum ipſum committendi actum, ſive ſecundum objectum circa quod committitur, conſideretur.

Explica modos falſi, ſecundum committendi actum?

℞. Sic falſum committitur, vel verbis: *puta à teſte falſum deponendo, à judice dolo malo falſam ſententiam ferendo. l.* 1. §. 2. *l.* 3. *ff. eod.* vel ſcriptis, *à Notario falſum inſtrumentum ſcribendo, &c. d. l.* 2. vel facto, *nummos radendo, cudendo falſos. l.* 8. *ff. eod.* vel uſu, h. e. rebus, in quibus falſum commiſſum, utendo.

Explica modos falſi ſecundum objectum?

℞. Objectum eſt vel *homo*, puta cum falſus partus ſupponitur. *l.* 19. §. 1. *ff. eod.* 2. Nomen, *cum quis falſis utitur titulis. l.* 13. *ff. eod.* 3. Res, *cum adulterina cuditur moneta. l.* 1. 2. *ff. eod. Item, cum quis injuſta utitur menſura. l.* 32. §. 1. *ff. eod. Plures modos vide in Enchiridio.*

Quomodo falſum committi debet, ut huic legi locus ſit?

℞. Ut in omnibus publicis judiciis, ita in hac, ut lex locum habeat, dolus adeſſe debet, adeo ut ſine dolo commiſſum falſum eadem non vindicetur.

Quæ eſt pœna commiſſi falſi?

℞. Ex lege Cornelia olim erat deportatio, & bonorum publicatio in libero homine; in ſervo ultimum ſupplicium. §. 7. *hic. Treutl. eod.* Hodie fere arbitraria, & pro circumſtantiis delicti varia

eſt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

eſt; ut certa in hoc judicio præſcribi non poſſit. *Weſ. par. hic. n.* 12. ſed ut ad mortem extendi poſſit. *Treutl. eod.* Monetæ corruptæ pœna, ob læſam majeſtatem, ignis eſt. *l.* 2. *C. de falſ. mon.*

Quid prohibetur lege Iulia de peculatu?

℞. Ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, aut publica quid auferat, intercipiat, in rem ſuam vertat: aut faciat, ut talis id committat, cui lege non licet; néve quis aliquid argento, ære, vel auro publico indat, quo deterius fiat, vel id ab alio fieri patiatur. *l.* 1. *ff. ad l. Iul. pecul.*

Quæ eſt pœna hujus criminis?

℞. Olim quidem fuit litis æſtimatio in quadruplum; cui ſucceſſit, ex lege Julia, aquæ & ignis interdictio & deportatio. *l. un. C. de pecul.*

Quæ eſt pœna Iudicis tempore adminiſtrationis publicas pecunias diſtrahentis?

℞. Capitalis. Nec horum tantum, ſed etiam eorum, qui miniſterium ei ad hoc exhibuerunt, vel pecunias ab eo ſubtractas, ſcientes ſuſceperunt. *d. l. unic.* Aliis, qui hanc in legem inciderint, deportationis (ut dictum) pœna eſt. §. *eod. Schneidw. eod.*

Quid eſt plagium?

℞. Plagium committitur, cum quis hominem ingenuum, vel libertinæ conditionis, vel etiam ſervum alienum, invitum ſupprimit, vel vendit; vel iis perſuadet, ut à parentibus, aut dominis aufugiant, idque ſciens, & dolo malo, ut & qui eodem modo emit, & qui in ea re ſocius fuit. *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *& Weſ. par. ff. ad l. Fabiam, de Plagiariis.*

Quæ eſt pœna hujus criminis?

℞. Olim erat pecuniaria. *l. fin. ff. eod.* poſtea ex criminis frequentia, cœpit eſſe capitalis; & plerumque exilium, ſeu in metallum damnatio. *l.* 7. *C. eod. l. fin. ff. eod.* Hodie duobus caſibus eſt ulti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ultimum ſupplicium. 1. Quando venditur ſervus alienus, vel liber homo alio aſportatur. 2. Quando filius alterius, ſuperſtite adhuc patre, ſupprimitur. *l. 6. & 7. C. d. t.*

Quod eſt crimen ambitus?

℞. Suffragiorum ad honores impetrandos, vel magiſtratum, data pecunia corruptio.

Quomodo hoc crimen eſt?

℞. Quod cum honores & magiſtratus gerere per ſe apud Romanos eſſet licitum, in vitio poneretur ſuffragia per pecuniam quærendi modus. *Weſ. par. ad l. Iul. de ambitu.*

Quæ eſt hujus criminis pœna?

℞. Ex lege Julia, 1. ad quinquennium prohibentur honores petere. 2. Etiam pœna eſt deportatio; Interdum 100 aureorum; gravior, ſi vis publica acceſſiſſet. *l. un. ad ff. & C. l. Iul. de amb.*

Quid eſt crimen repetundarum?

℞. Eſt crimen eorum, qui in publico officio conſtituti, pecunias, donum, aut munus aliquod, ut officium ſuum impertiantur, vel contra illud faciant, accipiunt. *§. fin. hic. l. 1. & ſeqq. ff. ad l. Iul. rep.*

Quæ eſt pœna hujus judicii?

℞. Ex hoc crimine duobus modis agi poteſt, vel civiliter, in quadruplum. *l. 1. l. fin. C. eod.* vel criminaliter: & pœna eſt plerumque exilii, etiam pro delicti qualitate gravior, atque extraordinaria. *l. 7. §. fin. ff. eod.*

Quod eſt crimen annonæ?

℞. Annonæ crimen eſt, quando aliqui annonam flagellant, id eſt, frumenti aliarumque rerum ad annonam pertinentium emtionem aut venditionem cariorem reddunt, aut efficiunt, quo minus ejus abundans ſit copia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quæ pœna?

℞. Pœna quæ ſit, ex lege Julia non ſatis conſtat; hodie eſt 20 aureorum, etiam relegatio, vel metalli extra ordinem, pro perſonarum & delicti qualitate. *l. 1. pr. l. 3. ff. ad l. Iul. de annon.*

Quod eſt crimen reſiduorum?

℞. Quo tenentur pecuniam publicam, uſui publico deſignatam, vel retinentes, vel in eum uſum non referentes; ſed in alium conferentes, & eam ex publicis rationibus, aliaque ratione non reſtituentes. *l. 2. & 4. & 3. ff. ad l. Iul. pecul. & reſiduis.*

Quæ pœna?

℞. Pœna eſt in tertiam partem ſummæ reliquatæ. Ita puta, ut damnatus id, quod debet, ſolvat; & inſuper pœnæ loco tertiam partem quantitatis debitæ, nonnunquam vero etiam in duplum eſt condemnatio. *l. 4. §. 2. ff. ad l. Iul. pecul. l. 9. C. de erogat. mil. annon.* & quidem ita præter infamiam. *Perez. eod.*

An hæc judicia peculatus, de reſiduis, repetundarum, etiam dantur in hæredes?

℞. Omnino. *l. ult. ff. ad l. Iul. pecul.* Quia hic ablatæ pecuniæ quæſtio eſt, quæ ad hæredes tranſit, ut ex ea factos locupletiores. *ſecundum ſupra dicta.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

RECEPTARUM JURIS UTRIUSQUE REGULARUM PARTITIONES.

In quibus utriuſque Iuris regulæ ſpecialibus titulis comprehenſæ ad ſua genera revocantur, & ad uſum Forenſem, quantum fieri potuit, accommodantur.

GERMANO COUSINIO,
in Supremo Pariſienſi Senatu
Advocato, Auctore.



AMSTELODAMI,
Apud Danielem Elzevirium.
cIɔ Iɔc LXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Lectori S.

QVi Iuris civilis Pandectas compoſuerunt, recte in earum calce regularum titulum conſtituiſſe videntur; nimirum ut intelligant ii, qui Iuri civili dant operam, quemadmodum in cæteris artibus & diſciplinis; ita & in Iuriſprudentia eſſe quædam axiomata, quæ in ipſorum animis hærere debent, ſi quem ex juris civilis ſtudio fructum referre velint: nec ſatis eis eſſe omnes leges, & legum paragraphos die & nocte manu verſare, niſi Iuris civilis regulas colligant, & eas tanquam notiones generales mentibus impreſſas habeant. Ideo, niſi fallor, vulgo libris inſtitutionum ſubjiciuntur tituli regularum, ut cum primis juris civilis elementis etiam regulas ſtudioſa juventus perdiſcat. Verum cum ejuſmodi regulæ ut proponuntur, omnino diſſolutæ & divulſæ ſint, auctor eas animi gratia conglutinavit, & ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ne quadam inter ſe conſtrinxit, eoque ordine diſpoſuit, ut ad ſua genera revocatæ, & ad uſum forenſem quantum fieri potuit, accommodatæ videantur, nec juris Pontificii regulas omittendas putavit, quod fere ex ipſo jure civili ſumtæ eſſent. Cum autem hoc opuſculum ex ipſius manibus multorum deſideria eripuerint, ut in lucem prodeat, nunc tibi oblatum æquo animo accipe, ut, cum tibi gratum eſſe auctor ſenſerit, ad majora inpoſterum depromenda excitetur. Vale.

RE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

RECEPTARUM JURIS UTRIUSQUE REGULARUM PARTITIONES.

In quibus utriuſque Iuris regulæ ſpecialibus titulis comprehenſæ ad ſua genera revocantur, & ad uſum Forenſem, quantum fieri potuit, accommodantur.

PRÆFATIO.

Quamvis ex Iure, quod eſt, regula fiat.

REgula eſt, quæ rem, quæ eſt, breviter enarrat, non ut ex regula jus ſumatur, ſed ex jure quod eſt, regula fiat. *Paulus l. 1. ff. de R. I.*

Per regulam igitur brevis re- 6
rum narratio traditur: & , ut ait Sabinus, quaſi cauſæ conjectio eſt. *d. l. 1.*

Non eſt tamen ſine conjectione.

Regula quippe ſimul, cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum. *d. l. regula 1.*

Convenit iſti effato, quod dicitur; Omnis definitio in jure civili periculoſa eſt; parum eſt enim, ut non ſubverti poſſit. *l. omnis. 202. D. eod. tit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Omnes regulæ, vel ad jus divinum, vel ad humanum pertinent.

DE JURE DIVINO.

CAP. I.

7 *Ad divinum referuntur, quæ de eccleſiaſticis agunt.*

Qui inſtitui debent.

BEneficium eccleſiaſticum non poteſt licite ſine inſtitutione canonica obtineri. *c. beneficium.* 1. *de reg. jur. in* 6.

Inſtituti ita ſe gerere debent, ut pro ſpiritualibus homagium, ut ita dicam, non præſtent.

Indignum eſt, & à Romanæ eccleſiæ conſuetudine alienum, ut pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur. *c. indignum.* 11. *de reg. jur. ext.*

Gregem non deſerant.

Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus
8 oves comedit, & paſtor neſcit. *c. quamvis.* 10. *de reg. jur. ext.*

Rebus ſacris non abutantur.

Semel Deo dicatum non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum. *c. ſemel.* 51. *de reg. jur.* 6.

Quicquid in ſacratis Deo rebus & Epiſcopis injuſte agitur, pro ſacrilegio reputatur.

Quare?

℞. Quia ſacra ſunt, & à quoquam violari non debent. *c. quæ multoties.* 7. *de reg. jur. ext.*

& eccleſiæ non noceant.

Delictum perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ redundare. *c. delictum.* 76. *de reg. jur.* 6.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

DE JURE HUMANO ET primum de naturali. 9

CAP. II.

Ad humanum referuntur, quæ Iuris naturalis, vel civilis ſunt.

A jure naturali orta eſt,

1. *Æqualitas.*

QUod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. *l. quod attinet.* 32. *D. de reg. jur.*

Nempe ex naturali jure eſt omnis æquitas.

2. *Libertas.*

Nempe libertas eſt naturalis facultas, ſervitus juris gentium conſtitutio. Inſt. lib. 1. *tit.* 3. §. 1. 2.

Libertas omnibus rebus favorabilior. *l. libertas.* 122. *D. eod. tit.*

Libertas inæſtimabilis res eſt. *l. libertas.* 106. *eod. tit.*

3. *Cognatio.*

Infinita æſtimatio eſt libertatis, & neceſſitudinis. *l. non eſt.* 176. §. *infinita. eod tit.* 10

Quæ dirimi non poteſt.

Jura ſanguinis nullo jure civili dirimi poſſunt. *l. jura.* 8. *eod. tit.*

Nec enim dirimit agnatio civilis cognationem.

DE JURE CIVILI, ET primum de publico.

CAP. III.

Ius civile eſt vel publicum, vel privatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

An non & publicum ad jus gentium, imo & naturale ſpectet, eſt conſiderationis.

Publicum eſt non quod neceſſitas inducit;

11 QUæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi. *l. quæ propter.* 162. *D. eod. tit.*

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem ſunt aliquando conceſſa. *c. In argumentum.* 78. *de reg. jur.* 6.

nec quod contra jus ſit;

Quod contra rationem juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentiam. *l. quod contra.* 141. *D. de reg. jur.*

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda. *c. quæ à jure.* 28. *de reg. jur.* 6.

12 Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite introductum eſt, nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere. *c. quod latenter.* 5. *de reg. jur. ext.*

Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. *c. quæ contra.* 64. *de reg. jur.*

ſed quod publice fit,

Refertur ad univerſos, quod publice fit per majorem partem. *l. aliud.* 160. *§. refertur. D. de reg. jur.*

probatur; imo & probari merito debet;

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *c. quod omnes.* 20. *de reg. jur.* 6.

Nempe & omnibus prodeſt;

13 Cujus effectus omnibus prodeſt, ejus & partes ad omnes pertinent. *l. cujus.* 148. *D. de reg. jur.*

Ideo ſervandum, & ſponte quidem,

Qui ex timore facit præceptum, aliter quam debet, facit; & ideo jam non facit. *c. qui ex timore.* 8. *de reg. jur. ext.*

Qui vetante Prætore facit, hic adverſus edi-
ctum

ctum feciſſe proprie dicitur. *l. qui vetante.* 102. *D. de reg. jur.*

nec ei derogandum, ſive privata conventione,

Nec ex prætorio, nec ex ſolenni Jure, privatorum conventione quicquam immutandum eſt; quamvis obligationum cauſæ pactione poſſint immutari; & ipſo jure, & per pacti conventi exceptionem.

Ratio.

Quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur. Niſi tunc, cum inchoatur actio, inter 14
eos convenit. *l. nec ex prætorio.* 27. *D. eod. tit.*

Privatorum conventio juri publico non derogat. *l. neque pignus.* 54. § *privatorum. D. eod. tit.*

Temporaria permutatio jus provinciæ non innovat. *l. nemo.* 123. §. *temporaria. D. eod. tit.*

Sive falſa interpretatione.

Certum eſt, quod is committit in legem, qui legis verba amplectens, contra legis nititur voluntatem. *c. certum.* 88. *de reg. jur.* 6.

DE JURE PRIVATO, ET primum de perſonis. 15

Cap. IV.

Privatum Ius ad Perſonas, vel ad Res, vel ad judicia refertur.

Perſonarum autem regulæ ſunt, in quibus agitur de his, quæ ad dominicam poteſtatem, vel ad patriam, vel ad tutelam attinent.

In Dominica *ſervi dominis proſunt.*

MElior conditio noſtra per ſervos fieri poteſt; deterior fieri non poteſt. *l. melior.* 133. *D. de reg. jur.*

non ſibi.

16 Qui in ſervitute eſt, uſucapere non poteſt.

Regulæ ratio prima.

Nam cum poſſideantur, poſſidere non videntur. *l. qui in ſervitute.* 118. *D. eod.*

Altera.

Quia pro nullis habentur;

Quod attinet ad Ius civile, ſervi pro nullis habentur. *l. quod attinet.* 32. *eod.*

& pro mortuis;

Servitutem mortalitati fere comparamus. *l. ſervitutem.* 209. *eod. tit.*

nec Reipublicæ cauſa poſſunt abeſſe:

Servus Reipubl. cauſa abeſſe non poteſt. *l. ult. eod. tit.*

Unde fit, ut ab eis facta, libertis factis non proſint.

Quod quis dum ſervus eſt, egit, proficere liberto facto non poteſt. *l. quod quis.* 146. *eod. tit.*

17 *In* Patria *poteſtate Filiusfamilias non ſibi acquirit,*

Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur. *l. filiusfamilias.* 39. *eod. tit.*

ſed ei, in cujus poteſtate eſt.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos his, in quorum poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus. *l. quæ legata.* 18. *eod. tit.*

In Tutela.

Datur tutor hæredi,

18 Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis hæredibus, cum moritur, habuit, habiturusve eſſet, ſi vixiſſet. *l. quo tutela.* 73. §. *nemo. eod. tit.*

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ut ei proſit;

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi appoſita tutoris auctoritate, creditur.

Ratio regulæ.

Nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt. *l. pupillus.* 189. *eod. tit.*

non noceat.

Neque in interdicto, neque in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſive ſolvendo eſt, ſive non eſt. *l. neque.* 198. *eod. tit.*

DE REBUS, ET PRIMUM de privilegiis. 19

CAP. V.

Res diſtinguuntur in Dominia, & Obligationes.

Ad Dominia referuntur regulæ, in quibus de Privilegiis, Servitute, Donatione, Uſucapione & Succeſſione agitur.

DE PRIVILEGIIS.

Privilegia varia ſunt.

PRivilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ. *l. privilegia.* 196. *eod. tit.*

Utraque non niſi volentibus conceduntur:

Invito beneficium non datur. *l. invito.* 69. *eod. tit.*

Quod cuique pro eo præſtatur, invito non tribuitur. *l. invitus.* 156. §. *ult. eod. tit.*

ut eis proſint, non noceant.

Quod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt 20
in ejus diſpendium retorquendum. *c. quod ob gratiam,* 61. *de reg. jur.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

neque ab eis auferuntur.

Indultum à jure beneficium non eſt alicui auferendum. *c. indultum.* 17. *eod. tit.* 6.

Decet conceſſum à principe beneficium eſſe manſurum. *c. decet.* 16. *eod. tit.* 6.

Differunt, quod ad hæredem.

Privilegia quæ cauſæ ſunt, ad hæredem tranſmittuntur: quæ perſonæ ſunt, ad hæredem non tranſeunt. *d. l. privilegia.* 196.

21 Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & exſtinguitur cum perſona. *c. privilegium.* 7. *de reg. jur.* 6.

In omnibus cauſis id obſervatur, ut ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat: ubi vero genus actionis id deſiderat, ibi ad quemvis perſequutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii. *l. in omnibus.* 68. *D. eod. tit.*

Quod alicui gratioſe conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. *c. quod alicui.* 74. *de reg. jur.* 6.

DE SERVITUTE.

Cap. VI.

22 DOmum ſuam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet. *l. domum.* 61. *de reg. jur.*

DE DONATIONE.

Cap. VII.

Donatio valet, ſi à volente.

23 DOnatio eſt ejus, quod conſulto donatur. *l. cujus per errorem.* 53. *D. eod. tit.*

& non coacto fit,

Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur. *l. donari.* 82. *D. eod. tit.*

ejus rei, quæ donatarii fieri poſſit.

Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. *l. non videntur.* 167. *D. eod. tit.*

dum lex non prohibeat.

Cui donare non conceditur, probandum erit; nec, ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam ejus voluntatem habendam. *l. cum quis.* 165. §. *cui. D. eod. tit.*

DE USUCAPIONE.

Cap. VIII.

In Uſucapione tria requiruntur.

1. *Bona fides.*

Bona fides tantum poſſidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt. 24
l. bona fides. 136. *D. eod. tit.*

Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit. *c. poſſeſſor.* 2. *de reg. jur.* 6.

2. *Titulus.*

Qui auctore judice comparavit, bonæ fidei poſſeſſor eſt. *l. qui auctore.* 137. *D. de reg. jur.*

3. *Et poſſeſſio.*

Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit. *c. ſine.* 3. *de reg. jur.* 6.

Ut nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo & corpore poteſt; ita nulla amittitur, niſi in qua utrumque in contrarium actum eſt. *l. fere.* 153. §. *ut igitur. D. eod. tit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

25 DE SUCCESSIONE teſtamentaria.

CAP. IX.

Succeſſio defertur aut Iure civili, aut Iure prætorio.

Iure civili, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.

In teſtamentaria ſucceſſione quatuor proponuntur. 1. teſtator. 2. hæres. 3. legatarius. 4. ipſum teſtamentum.

1. Teſtator.

Nempe ut plene teſtetur.

IUs noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtato, & inteſtato deceſſiſſe, earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus & inteſtatus. *l. jus noſtrum.* 7. *D. de reg. jur.*

2. Hæres.

Circa hunc conſiderandum, quod is plerumque eſt, qui ad tutelam vocatur.

26 Quo tutela redit, eo hæreditas pervenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt. *l. quo tutela.* 73. *D. eod. tit.*

Item quod in univerſum jus ſuccedat.

Hi qui in univerſum jus ſuccedunt, hæredis loco habentur. *l. in pari cauſa.* 128. §. *hi qui. D. eod. tit.*

Hæreditas nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit. *l. hæreditas.* 62. *D. eod. tit.*

Et quidem ab ipſo die mortis.

Omnis hæreditas, quamvis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuat. *l. omnis.* 138. *D. eod. tit.*

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Qui per ſucceſſionem quamvis longiſſimam 27
defuncto hæredes exſtiterunt, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes exſiſtunt. *l. qui per ſucceſſionem.* 194 *D. eod. tit.*

Ideoque ut eodem jure, quo defunctus, utatur,

Hæredem ejuſdem poteſtatis juriſque eſſe, cujus fuit defunctus, conſtat. *l. hæredem.* 59. *D. eod. tit.*

Is qui in jus ſuccedit alterius, eo jure, quo ille, uti debet. *c. is qui.* 46. *de reg. jur.* 6.

Nemo plus commodi hæredi ſuo relinquit,
quam ipſe habuit. *l. nemo.* 120. *D. de reg. jur.* 28

& ita defuncti factum præſtet,

Ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet. *l. ex qua.* 149. *D. eod.*

Nec ei noceant, quæ defuncto non abfuerunt.

Cum quis in alterius locum ſucceſſit, non eſt æquum ei nocere hoc, quod adverſus eum non nocuit, in cujus locum ſucceſſit. *l. invitus.* 156. *§. cum quis. D. eod.*

Si duo hæredes ſunt, in partes vocantur.

Uni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt. *l. quod contra.* 183. *§. uni. D. eod.*

At vero non eſt hæres, qui habere non poteſt; 29

Quod quis ſi velit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt. *l. qui poteſt.* 174. *§. quod quis. D. eod. tit.*

vel cujus inſtitutio inutilis eſt:

Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, ex poſtfacto convaleſcere non poteſt. *l. quæ ab initio.* 210. *D. eod.*

ut nec is, qui in alium transfert.

Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferre voluit hæreditatem. *l. non vult.* 6. *D. eod.*

3. *Legatarius.*

Qui in re legata, eo jure utitur, quo defunctus; nec majore.

Abſurdum eſt plus juris habere eum, cui lega-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

30 tus ſit fundus, quam hæredem, aut ipſum teſtatorem ſi viveret. *l. aliud. 160. §. abſurdum. D. eod.*

Si quidem in teſtamento eſt gravatus, capit ex teſtamento, ſi obligatione liberatur.

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe. *l. ſi quis. 115. D. eod. tit.*

4. Teſtamentum.

Quod corruit, ſi ab initio eſt vitioſum.

Omnia quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus capiunt, ſi initium quoque ſine vitio ceperint. *l. omnia. 201. D. eod. tit.*

Vel ſi nemo ex eo hæres ſit.

Si nemo ſubiit hæreditatem, omnis vis teſtamenti ſolvitur. *l. ſi nemo. 181. D. eod. tit.*

31 DE SUCCESSIONE ab inteſtato.

CAPUT X.

Succeſſioni ab inteſtato locus eſt, ſi aut non factum eſt à defuncto teſtamentum, aut non jure, aut ex eo nemo hæres exſiſtat, atque ita teſtamentum non valeat.

QUamdiu poteſt valere teſtamentum, tamdiu legitimus non admittitur. *l. quamdiu. 89. D. eod. tit.*

Defertur autem ab inteſtato hæreditas liberis, non ſolum natis;

Quoties duplici jure defertur alicui ſucceſſio, repudiato novo jure, quod ante defertur, ſupererit vetus. *l. quoties. 91. D. eod.*

ſed & poſthumis.

Si quis prægnantem uxorem reliquit, non vi-
32 detur ſine liberis deceſſiſſe. *l. ſi quis. 187. D. eod. tit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

DE SUCCESSIONE prætoria.

CAPUT XI.

PRætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet. *l. prætor.* 117. *D. eod. tit.*

DE OBLIGATIONIBUS, ET primum de iis, quæ ex contractu ſunt.

CAPUT XII.

In Obligationibus duo quæruntur; Quæ ſint, & Quomodo tollantur.

Obligationum autem hic tres tantum ſpecies notantur; nimirum quæ ex contractu, ex quaſi contractu, & ex delicto. ſunt. 33

Contractuum regulæ; aut generales ſunt a ut ſpeciales.

Generales, vel de obligatione contrahenda; vel de ipſius contractæ effectu, tractant.

In obligatione contrahenda conſiderantur Contrahentes, Id de quo contrahitur, & Forma contractus.

In contrahentibus tria requiruntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

1. Facultas,

ſeu contrahendi poteſtas.

Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis ejus. Hæredi autem hoc imputari non poteſt, cum non ſponte cum
34 legatariis contrahat. *l. qui cum alio.* 19. *D. de reg. jur. Nempe cum libero homine & liberam habente adminiſtrationem tantum eſt contractus.*

Nihil enim agitur cum ſervo;

In perſonam ſervilem nulla cadit obligatio. *l. in perſonam.* 22. *D. eod. tit.*

nec cum furioſo, nec cum pupillo; niſi tutore auctore.

In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum qui fari poſſunt; quamvis actum rei non intelligant.

Quæ ratio?

Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt, pupillus omnia tutore auctore agere poteſt. *l. in negotio.* 5. *D. eod. tit.*

2. Voluntas.

Quæ requirit certam ſcientiam;

In totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera & certa ſcientia perfici
35 poſſunt. *l. in totum.* 76. *D. eod. tit.*

ſive ipſi contrahamus,

Ubi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo. Hic quidem & reſpondere poteſt. *l. ubi non voce.* 124. *D. eod.*

ſive alius noſtro nomine.

Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum. *c. poteſt.* 68. *de reg. jur.* 6.

Qui facit per alium, eſt perinde ac ſi faciat per ſeipſum. *c. qui facit.* 72. *eod. tit.*

Unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Unde fit, ut furioſus, aut is, cui bonis interdictum eſt, non admittatur ad contrahendum. Nec per ſe.

Furioſi, vel ejus, cui bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt. *l. furioſi.* 40. *D. eod.* 36

Furioſus abſentis loco eſt. *d. l. ubi non voce.* 124. §. *furioſus. D. eod.*

Neque per alium.

Quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno nomine licebit. *c. quod alicui.* 67. *de reg. jur.* 6.

Nec is qui in alterius poteſtate eſt.

Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris, vel domini. *l. velle.* 4. *D. de reg. jur.*

Nec is, qui vi vel metu cogitur.

Nihil conſenſui tam contrarium eſt (qui & bonæ fidei judicia ſuſtinet) quam vis atque metus. Quem comprobare contra bonos mores eſt. *l. nihil.* 116. *D. eod.* 37

Nec qui errat.

Non videntur conſentire qui errant. *d. l. nihil.* 116. §. *non videntur.*

neque is, qui non vult.

Ejus eſt nolle, qui poteſt velle. *l. ejus.* 3. *D. eod. tit.*

Sed nec is, qui tacet:

Qui tacet, non utique fatetur; ſed tamen verũm eſt, eum non negare. *l. qui tacet.* 142. *D. eod.*

Is qui tacet, non fatetur, ſed nec utique negare videtur. *c.* 15. *qui.* 44. *de reg. jur.* 6.

ſecùs eſt in iis, in quibus conſenſus expreſſus minime requiritur.

Qui tacet, conſentire videtur. *c. qui tacet.* 43. *de reg. jur.* 6.

3. FIDES. 38

Nimirum ut à nobis abſit fraus,

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l. non debet.* 74. *D. de reg. jur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

& dolus.

Si convenit, ne dolus præſtetur, non valet.

Quare?

Hoc enim bonæ fidei judicio contrarium eſt. *l. contractus. 23. verſ. excepto eo. D. eod. tit. Fraus & dolus prodeſſe, & ſimplicitas nocere alicui non debet. l. 1. ff. de dol. malo.*

Alioqui tenemur,

Conſilii non fraudulenti nulla obligatio eſt. *l. conſilii. 47. D. eod.*

Nullus ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur. *c. nullus. 62. de reg. jur. 6.*

Niſi is, cum quo contrahimus, ſciat, & conſentiat.

Scienti & conſentienti non fit injuria, neque
39 dolus. *c. ſcienti. 27. de reg. jur. 6.*

Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt. *l. nemo. 145. D. de reg. jur.*

DE EO, QUOD IN OBLIGATIONEM INCIDIT.

CAPUT XIII.

Quod in obligationem incidit, vel res eſt, vel factum.

Res requiritur, quæ non impoſſibilis.

IMpoſſibilium nulla obligatio eſt. *l. impoſſibilium. 185. D. de reg. jur.*

Nemo poteſt ad impoſſibile obligari. *c. nemo. 6. de reg. jur. 6.*

40 Ea quæ dari impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adjectis habentur *l. ea quæ. 135. D. de reg. jur.*

Verum eſt, neque pacta, neque ſtipulationes, factum poſſe tollere.

Ra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Ratio.

Quod enim impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, ut utilem actionem aut pactum efficere poſſit. *l. verum.* 31. *D. eod.*

Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt. *l. ubi pugnantia.* 188. §. *quæ rerum. eod. tit.*

Vel quæ raro accidit. 41

Ea quæ raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur. *l. ea quæ.* 64. *D. eod. tit.*

Vel quæ in nullius bonis eſt.

Quod nullius eſſe poteſt, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere. *l. quod nullius.* 182. *D. eod. tit.*

Vel quæ in bonis noſtris non eſt.

Quod evincitur, in bonis non eſt *l. quod evincitur.* 190. *D. eod. tit.*

Non videtur perfecte cujuſque id eſſe, quod ex caſu auferri poteſt. *l. omnes.* 139. §. *non videtur. D. eod.*

Vel quæ ipſius eſt, cum quo contrahimus.

Non, ut ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt; ita ex pluribus cauſis idem poteſt noſtrum eſſe. *l. non ut ex pluribus.* 159. *D. eod. tit.*

Sed quæ mea eſt.

Plerumque fit, ut etiam ea, quæ à nobis abire 42
poſſunt, perinde in eodem ſtatu ſint, atque ſi non eſſent ejus conditionis, ut abire poſſent: & ideo quod fiſco obligamus, & vendicare interdum, & alienare, & ſervitutem prædio imponere poſſumus. *l. plerumque.* 205. *D. eod. tit.*

Factum, quod in obligationem incidit, honeſtum eſſe debet.

Semper in conventionibus non ſolum quid liceat conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum ſit. *l. ſemper.* 197. *D. eod.*

Non

Non omne, quod licet, honeſtum eſt. *l. non omne.* 144. *D. eod. tit.*

43 DE FORMA CONTRACTUS.

CAPUT XIV.

Forma contractus pendet ex conventione.

Contractus ex conventione legem accipere dignoſcuntur. *c. contractus.* 85. *de reg. jur.* 6.

Hoc ſervabitur quod initio convenit. Legem enim contractui dedit. *l. contractus.* 23. §. *nam hoc. D. de reg. jur.*

Quæ interdum pura eſt.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur. *l. in omnibus.* 14. *D. eod.*

Interdum ſub conditione,

44 Generaliter probandum eſt, ubicunque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe. *l. in perſonam.* 22. §. *generaliter. D. eod.*

Quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit. *l. is damnum.* 169. §. *quod pendet. D. eod.*

Nec ex librarii errore vitiatur.

Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet, nihil nocere, quo minus & reus & fidejuſſor tenerentur. *l. ſi librarius.* 92. *D. eod.*

DE OBLIGATIONIS CONTRACTÆ EFFECTIBUS.

CAPUT XV.

45 *Obligationis contractæ effectus, tum in ipſis contrahentibus, tum in re de qua contractum eſt, dignoſcuntur.*

In contrahentibus quidem , ſive in eo qui dat , ſive in eo qui accipit.

Nam qui D A T , rem præſtare tenetur.

ID quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. *l. id quod.* 11. *D. eod. tit.*

Præſtitiſſe autem non videtur , ſi is , qui ſtipulatus eſt rem ſibi tradi , à petitione ſummovetur.

Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus, poteſt exceptione ſummoveri. *l. ſi quis.* 115. §. *non poteſt. D. eod.*

Non videtur cepiſſe , qui per exceptionem removetur à petitione. *l. non videtur.* 13. *D. eod.* 46

vel alii tenetur rem reſtituere.

Non videtur quiſquam id capere , quod ei neceſſe eſt alii reſtituere. *l. non videtur.* 51. *D. eod. tit.*

vel res ei auferri poteſt.

Non videtur perfecte cujuſque id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt. *l. omnes.* 139. §. *non videtur. D. eod.*

Præterea qui D A T , *jus ſuum transfert.*

Nemo plus juris ad alium transferre poteſt , quam ipſe habet. *l. nemo.* 54. *D. eod.*

Nemo poteſt plus juris transferre in alium , quam ſibi competere dignoſcatur. *c. nemo.* 79. *de reg. jur.* 6.

Qui autem A C C I P I T , *ſolvere tenetur.* 47

Is natura debet , quem jure gentium dare oportet ; cujus fidem ſequuti ſumus. *l. cum amplius.* 84. §. *is natura. D. de reg. Iur.*

Secus ſi ſolutionis , quæ à me exigitur , cauſa pendeat duntaxat à futura receptione. Nihil enim agitur.

Nemo ideo obligatur , quia recepturus eſt ab alio quod præſtiterit. *l. nemo.* 171. *D. eod.*

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Præterea qui ACCIPIT, *in jus dantis ſuccedit.*

Qui in jus dominiumve alterius ſuccedit, jure ejus uti debet. *l. qui in jus.* 177. *D. eod. tit.*

Non debeo melioris conditionis eſſe, quam auctor meus, à quo jus in me tranſiit. *l. in his.*
48 175. §. *non debeo. D. eod. tit.*

Itaque ei nocet, quod auctori nocuit.

Quod ipſis qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. *l. quod ipſis.* 143. *D. eod. tit.*

Ab utroque lex conventionis ſervanda. Quod ſi per unum ſteterit, ei tantum nocebit; non alteri.

Factum cuique ſuum, non adverſario nocere debet. *l. factum.* 155. *D. eod.*

Mora ſua cuilibet eſt nociva. *c. mora.* 25. *de reg. jur.* 6.

Unicuique ſua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi obſervatur. *l. in condemnatione.* §. *unicuique. D. de reg. jur.*

Imo quod ad eum attinet, res habebitur pro impleta.

49 In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo per alium mora ſit, quo minus fiat. *l. in omnibus.* 39. *D. eod.*

In jure civili receptum eſt, quoties per eum, cujus intereſt conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet.

An in omnibus?

Quod ad libertatem & legata, & ad hæredum inſtitutiones perducitur; quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur, cum per promiſſorem factum eſſet, quo minus ſtipulator conditioni parêret. *l. in jure civili.* 61. *D. eod.*

Cum non ſtat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ac ſi impleta fuiſſet. *c. cum non ſtat. 66. de reg.* 50
jur. 6.

Qui poteſt facere, ut poſſit conditioni parêre, jam poſſe videtur. *l. qui poteſt. 174. D. de reg. jur.*

Nec à conventione perfecta licet diſcedere,

Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. *c. quod ſemel. 21. de reg. jur. 6.*

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius detrimentum. *l. nemo. 75. D. de reg. jur.*

Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum. *c. mutare. 33. de reg. jur. 6.*

Niſi ex mutuo conſenſu.

Nihil tam naturale eſt, quam eo genere quod- 51
que diſſolvere, quo colligatum eſt. Ideo nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſolvitur. *l. nihil. 35. D. de reg. jur.*

Omnia quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt. *l. omnia. 100. D. eod.*

Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. *c. omnis. 1. de reg. jur. ext.*

Fere quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur; cum quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. *l. fere. 153. D. de reg. jur.*

Obligationum cauſæ pactione poſſunt immutari. *l. nec ex prætorio. 27. eod. tit.*

Creditor qui permittit rem vænire, pignus di-
mittit. *l. creditor. 158. eod. tit.* 52

Vel niſi obligatio ab initio ſit inefficax,

Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere. *l. quod ab initio. 29. D eod.*

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit. *c. non firmatur, 18. de reg. jur. 6.*

Se-

Secus, ſi poſtea res eo pervenit, unde non potuit incipere.

Non eſt novum, ut quæ ſemel utiliter conſtituta ſunt, durent, licet ille caſus exſtiterit, à quo initium capere non potuerunt. *l. in ambiguis.* 85. §. *non eſt. D. de reg. jur.*

53 Factum legitime retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari. *c. factum.* 73. *de reg. jur.* 6.

In RE, de qua contractum eſt, conſiderantur commoda, & incommoda.

Commoda poſſeſſori cedunt.

Secundum naturam eſt, commoda cujuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. *l. ſecundum.* 10. *D. de reg. jur.*

Qui ſentit onus, ſentire debet commodum; & contra. *c. qui ſentit.* 55. *de reg. jur.* 6.

Tanquam acceſſoria rei.

Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis. *c. acceſſorium.* 42. *eod. tit.*

54 Cum principalis cauſa non conſiſtit, plerumque nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent. *l. cum principalis.* 178. *l. nihil dolo.* 129. §. *cum principalis. D. de reg. jur.*

Niſi poſſeſſor contractum arguit.

Ex eo quis non debet fructum conſequi, quod nixus eſt impugnare. *c. ex eo.* 38. *eod. tit.* 6.

Incommoda quoque poſſeſſorem ſequuntur.

Rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. *c. rationi.* 77. *eod. tit.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

DE SPECIALIBUS CONTRACTUUM REGULIS.

CAP. XVI.

55

Speciales contractuum regulæ ſunt, quæ ad unum contractum referuntur.

Veluti,

AD COMMODATUM.

Commodatum dolum & culpam recipit. *l. contractus. 23. §. commodatum. D. de reg. jur.*

AD DEPOSITUM.

Depoſitum rei ſuæ conſiſtere non poteſt. *l. neque pignus. 45. D. eod. tit.*

Depoſitum dolum tantum recipit. *l. contractus. 23. §. depoſitum. D. eod. tit.*

AD PRECARIUM.

Precarium rei ſuæ conſiſtere non poteſt. *l. ne-* 56
que pignus. 45. D. eod. tit.

Precarium dolum tantum recipit. *l. contractus. 23. D. eod. tit.*

AD PIGNUS.

Fructus rei eſt, vel pignori dare licere. *l. fructus. 72. D. eod. tit.*

Plus cautionis eſt in re, quam in perſona. *l. plus. 25. D. eod. tit.*

Pignus rei ſuæ conſiſtere non poteſt. *l. neque pignus. 45 D. eod. tit.*

Pignus dolum & culpam recipit. *l. contractus. 23. D. eod. tit.*

AD STIPULATIONEM,

Quæ alteri fieri non poteſt.

Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando, quiſquam alteri cavere poteſt. *l. quo tutela. 73. §. nec paciſcendo. D. eod. tit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

57 *In ea tempus contractus ſpectamus.*

In ſtipulationibus id tempus ſpectamus, quo contrahimus. *l. non omne.* 144. §. *in ſtipulationibus. D. eod. tit.*

Si filiusfamilias ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit.

Ratio.

Quia in ſtipulationibus id tempus ſpectamus, quo contrahimus. *l. quæ legata.* 18. §. *ſi filiusfamilias. D. eod. tit.*

Sub conditione ſtipulantes omnino eis acquirimus, in quorum poteſtate ſumus, etiamſi liberatis nobis poteſtate domini conditio exſiſtat. *d. l. quæ legata.* 18. §. *nam &c. D. eod. tit.*

58 In ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adjicitur. *l. cum tempus.* 17. *in fine. D. eod.*

AD VENDITIONEM:

In qua conſideratur,

Venditor,

Cui jus eſt donandi, eidem & vendendi, & concedendi jus eſt. *l. cui jus.* 163. *D. eod.*

Cum quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. *l. cum quis.* 165. *D. eod.*

Qui poteſt invitis alienare, multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt. *l. qui poteſt.* 26. *D. eod.*

Emtor,

Qui contra jura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere. *c. qui contra.* 82. *de reg. jur.* 6.

59 *Res,*

Emtio rei ſuæ conſiſtere non poteſt. *l. neque pignus.* 45. *D. de reg. jur.*

Pretium,

Imaginaria non eſt venditio pretio accedente. *l. imaginaria.* 16. *D. eod. tit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Forma contractus,

Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire. *l. aliud.* 160. *D. eod.*

Non alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem. *l. non alienat.* 119. *D. eod.*

Effectus.

Venditio dolum & culpam recipit. *l. contractus.* 23. *D. eod. tit.*

AD LOCATIONEM,

Locatio rei ſuæ conſiſtere non poteſt. *l. neque pignus.* 45. *D. eod. tit.* 60

Locatio dolum & culpam recipit. *l. contractus.* 23. *D. eod. tit.*

AD MANDATUM,

Cui comparatur ratihabitio. Quæ locum habet non ſolum in civilibus;

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari. *c. ratihabitionem.* 10. *de reg. jur.* 6.

Semper qui non prohibet pro ſe intervenire, mandare creditur.

Sed & ſi quis ratum habuerit quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione. *l. ſemper.* 60. *D. eod. tit.*

Sed & in criminalibus.

In maleficio ratihabitio mandato comparatur. 61
l. hoc jure. 194. §. *in maleficio. D. eod.*

Hic conſideratur res; puta cujus nomine ſit geſta;

Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum. *c. ratum.* 9. *de reg. jur.* 6.

& effectus,

Mandatum, dolum & culpam recipit. *l. contractus.* 23. *D. de reg. jur.*

AD SOCIETATEM,

Socii mei ſocius, ſocius meus non eſt. *l. conſilii.* 47. §. *ſocii. D. eod. tit.*

Societas dolum & culpam recipit. Niſi quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

nominatim vel plus, vel minus convenit. *l. contractus. 23. D. eod.*

62 AD NUPTIAS.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. *l. nuptias. 33. D. eod. tit.*

Dotis datio dolum, culpam, & diligentiam recipit. *l. contractus. 23. D. eod.*

DE QUASI CONTRACTUUM REGULIS.

CAP. XVII.

Et primo quidem, quæ referuntur,

AD NEGOTIORUM GESTIONEM,

In qua habetur ratio doli, culpæ, & negligentiæ.

NEgotiorum geſtio dolum, culpam & diligentiam recipit. *l. contractus. 23. D. eod. tit.*

Cum temere quis non debeat aliena curare.

63 Culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. *l. culpa. 36. D. eod. tit.*

Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet. *c. non eſt. 19. de reg. jur. 6.*

AD TUTELAM,

Tutela dolum, culpam, & diligentiam recipit. *l. contractus. 23. D. de reg. jur.*

AD COMMUNIONEM RERUM,

In re communi potior eſt conditio prohibentis. *c. in re. 56. de reg. jur. 6.*

Communio rerum dolum & culpam recipit. *l. contractus. 23. D. de reg. jur.*

64 AD INDEBITUM,

Cum amplius ſolutum eſt quam debebatur, cujus pars non invenitur, quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur; manente priſtina obligatione. *l. cum amplius. 84. D. eod.*

Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Per errorem dati repetitio eſt. *l. cujus per errorem.* 53. *D. eod.*

DE GENERALIBUS DELICTORUM REGULIS.

CAP. XVIII.

Quæ ad delictum pertinent regulæ, generales ſunt, vel ſpeciales.

Generales ſunt hæ. in quibus conſiderantur quinque.

1. *Is qui delinquit.* 65

QUi non facit quod facere debet, videtur facere adverſus ea quæ non facit: & qui facit quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere juſſus eſt. *l. qui non facit.* 121. *D. eod. tit.*

Defleat peccator. Quia offendens in uno, factus eſt omnium reus, *c. defleat.* 9. *de reg. jur. ex.*

2. *Ipſum delictum.*

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo. *c. cum quid.* 39. *de reg.* 66
jur. 6.

3. *Antecedentia.*

Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. *c. cum quid.* 84. *eod. tit.* 6.

4. *Conſequentia.*

Nunquam ex poſtfacto creſcit delicti æſtimatio. *l. omnis.* 138. §. *nunquam. D. de reg. jur.*

5. *Effectus.*

Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facit. *l. non fraudantur.* 134. §. *nemo. D. eod.*

Non debet quis alterius odio prægravari. *c. non debet.* 22. *de reg. jur.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

DE SPECIALIBUS DELICTORUM REGULIS.

Cap. XIX.

Speciales ſunt, quæ referuntur,

AD FURTUM:

Pupillum, qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe & furandi, & injuriæ faciendæ. *l. pupillum.* 111. *D. de reg. jur.*

Nemo prædo eſt, qui pretium numeravit. *l. nemo.* 126. *D. eod.*

67 *Ad* VIM, *quam committit is qui facit,*

Vi factum id eſſe videtur, quod quis cum prohiberetur, fecit: clam, quod quiſque cum controverſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit. *l. quo tutela.* 73. §. *vi factum. D. eod.*

Hoc jure utimur, ut quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in privatæ crimen incidat. *l. hoc jure.* 152. *D. eod.*

68 *Et qui mandat fieri.*

Dejicit & qui mandat. *d. l. hoc jure.* 152. §. *dejicit.*

Non autem is, qui ſuo jure utitur:

Non videtur vim facere, qui ſuo jure utitur, & ordinaria actione experitur. *l. factum.* 155. §. *non videtur. D. eod.*

AD DAMNUM; *In quo conſiderantur tria,*

1. *A quo damnum datur. Datur nimirum ab eo, qui quid iniquum facit;*

Nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere jus non habet. *l. nemo.* 151. *D. eod.*

Vel qui imperite quid facit;

Imperitia culpæ annumeratur. *l. imperitia.* 132. *D. eod. tit.*

Vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Vel qui jubet facere.

Is damnum dat, qui jubet dare. *l. is damnum.* 69
169. *D. eod.*

2. *Is cui datur damnum, ſi culpa ipſius contigerit:*

Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. *l. quod quis.* 203. *D. eod.*

Damnum quod quis culpa ſua ſentit, ſibi debet, non aliis, imputare. *c. damnum.* 86. *de reg. jur.* 6.

3. *Eventus damni dati.*

Jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento, & injuria, fieri locupletiorem. *l. jure naturæ.* 206. *D. eod.*

Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura. *c. locupletari.* 48. *de reg. jur.* 6. 70

AD INJURIAM.

Pupillum qui proximus pubertati ſit, capacem eſſe injuriæ faciendæ, conſtat. *l. pupillum.* 111. *D. de reg. jur.*

Scienti non fit injuria, neque dolus. *c. ſcienti.* 27. *de reg. jur.* 6.

QUIBUS MODIS OBLIGATIONES TOLLUNTUR.

Cap. XX.

Obligationes tolluntur,

Solutione; vel ipſi creditori facta,

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit. *l. nihil.* 129. *D. de reg. jur.*

vel alii juſſu ejus, 71

Quod juſſu alterius ſolvitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet. *l. quod juſſu.* 180. *D. eod.*

Rei debitæ, ſed cum fructibus.

Cum verbum, *Reſtituas*, lege invenitur, & ſi non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

non ſpecialiter de fructibus additum eſt; tamen etiam fructus ſunt reſtituendi. *l. in condemnatione.* 173. §. *cum verbum. D. eod.*

Item acceptilatione rite facta.

Actus legitimi, qui non recipiunt diem, vel conditionem (velut emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſervi optio, datio tutoris) in totum vitiantur per temporis vel conditionis adjectionem.

72 Nonnunquam tamen actus ſupraſcripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehenſa vitium afferunt.

Quatenus hoc fit.

Nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promiſit, ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio exſtiterit.

Quod ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum. *l. actus.* 77. *D. eod.*

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem. *c. actus.* 50. *de reg. jur.* 6.

Verborum obligatio verbis tollitur. *l. nihil tam naturale.* 35. §. *ideo. D. de reg. jur.*

73 DE JUDICIIS, ET PRIMUM DE JUDICE.

CAP. XXI.

In judiciis non ſolum perſonas, quibus ipſæ conſtant; ſed etiam litis perſequutionem videmus.

Perſonæ ſunt tres, Iudex, Actor, & Reus.

Pro JUDICE *non quæritur infamis;*

INfamibus portæ non patent dignitatum. *c. infamibus.* 87. *de reg. jur.* 6.

Nec

Nec ſervus ;

In his quæ officium per liberas fieri perſonas leges deſiderant , ſervus intervenire non poteſt. *l. in his.* 175. *D. eod.*

Nec fœmina ; 74

Fœminæ ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ ſunt ; & ideo nec judices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio intervenire , nec procuratores exſiſtere. *l. fœmina.* 2. *D. eod.*

Nec impubes.

Impubes omnibus officiis civilibus abſtinere debet. *d. l. fœminæ. §. item impubes.*

Sed magiſtratus, ut Prætor, adeundus;

Ubicunque cauſæ cognitio eſt , ibi prætor deſideratur. *l. ubicunque.* 105. *D. eod.*

Qui in civilibus actionem dat.

Ejus eſt actionem denegare, qui poteſt & dare. *l. qui vetante.* 102. *§. ejus. D. eod.*

Iudicem conſtituit , qui ſecundum præſcriptam formulam judicet , 75

Factum à Iudice , quod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt. *l. factum.* 170. *D. eod.*

Ea quæ fiunt à Iudice , ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt. *c. ea quæ.* 26. *de reg. jur.* 6.

abſque perſonarum acceptione,

In judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda. *c. in judiciis.* 12. *de reg. jur.* 6.

condemnando vel abſolvendo.

Nemo qui condemnare poteſt, abſolvere non poteſt. *l. nemo.* 37. *D. de reg. jur.*

In criminalibus ea , quæ meri imperii ſunt, ſibi retinet. 76

Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam, vel cujuſvis alterius coërcitionis , ad alium transferre. *l. nemo.* 70. *D. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publice poſſit fieri.

Ratio,

Ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi. *l. non eſt.* 176. *D. eod.*

DE ACTORE.

CAP. XXII.

Actor aget, non alieno nomine,

NEmo alieno nomine lege agere poteſt. *l. nemo.* 123. *D. eod.*

ſed ſuo.

Plerumque emtoris eadem cauſa debet eſſe circa petendum, ac defendendum, quæ fuit auctoris. *l. invitus.* 156. *§. plerumque. D. eod.*

77 *Certus eſſe debet.*

Qui agit, certus eſſe debet.

Quare?

Cum ſit in poteſtate ejus, quando velit experiri, & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. *l. qui in alterius.* 42. *§. nam plane. D. eod.*

Nec ſibi plus arrogare debet, quam reo liceat.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur. *l. non debet.* 41. *D. eod.*

Non licet actori, quod reo licitum non exſiſtit. *c. non licet.* 32. *de reg. jur.* 6.

78 DE REO.

CAP. XXIII.

Reus vocatus interdum non defendit: idque vel quia abeſt,

ABſentia ejus, qui Reipub. cauſa abeſt, neque ei, neque alii damnoſa eſſe debet. *l. abſentia. D. de reg. jur.*

Vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Vel quia cum eo non eſt actio.

Cum ſervo nulla actio eſt. *l. cum ſervo.* 107. *D. eod. tit.*

Vel quia non vult:

Non defendere videtur, non tantum qui latitat; ſed & is qui præſens negat ſe defendere; aut non vult ſuſcipere actionem. *l. non defendere.* 52. *D. eod.*

Nec enim cogi poteſt.

Invitus nemo cogitur rem defendere. *l. invitus.* 156. *D. eod.*

Nemo de domo ſua extrahi debet. *l. nemo.* 103. *D. eod.*

Sed vero vel defendit per ſe, 79

Cui damus actionem, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit. *d. l. invitus.* 156. §. *cui damus.*

Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multo magis admittendus. *c. qui ad.* 71. *de reg. jur.* 6.

Vel per alium;

Nemo dubitat ſolvendo videri eum, qui defenditur. *l. nemo.* 95. *D. de reg. jur.*

Et quidem cum ſatiſdatione.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuplés habetur. *l. qui rem.* 166. *D. eod.* 80

Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatiſdatione. *l. in eo.* 110. §. *nemo. D. eod.*

DE LITIS PERSEQUUTIONE, ET PRIMUM DE ACTIONE.

CAP. XXIV.

Litis perſequutio comprehendit actionem, exceptio-

ceptionem, replicationem, conteſtationem, probationes, ſententiam.

In actione notandum eſt, initium litis inchoari,

Non à quæſtionibus.

IN ipſo cauſæ initio non eſt à quæſtionibus in-
81 choandum. *c. cum in contemplatione. 6. de reg. jur. ex.*

ſed ab actione. Quam qui habet, etſi minus quam rem habeat;

Minus eſt actionem habere, quam rem. *l. minus. 204. D. de reg. jur.*

tamen ipſam rem habere videtur.

Is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur. *l. is qui. 15. D. eod. tit.*

Datur autem actio ei, cujus intereſt,

Quatenus cujuſque interſit, non in facto, ſed in jure conſiſtit. *l. quatenus. 24. D. eod.*

& ei, qui ſine dolo eſt,

Nemo videtur dolo exſequi, qui ignorat cau-
82 ſam, cur non debeat petere. *l. qui in jus. 177. §. nemo. D. eod.*

Qui ſine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere. *l. qui ſine. 63. D. eod.*

Adverſus eum, per quem habere non potuit,

Generaliter cum de fraude diſputatur, non quid habeat Actor, ſed quid per adverſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt. *l. generaliter. 78. D. eod.*

Vel eum, qui dolo egit,

Quando dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit. *l. conſilii. 47. §. cæterum. D. eod.*

Et ejus hæredem:

83 Toties in hæredem damus actionem de eo quod

quod ad eum pervenit, quoties ex dolo defuncti convenitur, non ex ſuo. *l. toties.* 44. *D. eod.*

In contractibus ſucceſſores, ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, non tantum in id quod pervenit; verum etiam in ſolidum tenentur: hoc eſt, unuſquiſque pro ea parte, qua hæres eſt. *l. ad ea.* 157. §. *in contractibus. D. eod.*

In contractibus, in quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur. *l. hoc jure.* 152. §. *in contractibus. D. eod.*

Cum prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit, ſufficit, ſi vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti. *l. cum prætor.* 84
127. *D. eod.*

Non ante tempus ſolutioni dictum.

Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolvi poſſit; & cum ſolvendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito peti non poteſt. *l. nihil.* 186. *D. eod. tit.*

Si plures dantur actiones,
In civilibus una experiendum.

Quoties concurrunt plures actiones ejuſdem rei nomine, una quis experiri debet. *l. nemo.* 43. §. *quoties. D. eod. tit.*

In pœnalibus ſecus; quia alia aliam non conſumit:

Nunquam actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit. *l. nunquam.* 130. *D. eod.*

Nec intereſt, quæ præponatur; niſi in cauſa 85
exiſtimationis.

Si in duabus actionibus alibi ſumma major, alibi infamia eſt, præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Ubi autem æquiparantur famoſa judicia, etſi ſummam imparem habent, pro paribus accipienda ſunt. *l. ſi in duabus.* 104. *D. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Hæ non dantur in hæredem,

In hæredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio; veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum. *l. pupillum.* 111. §. *in hæredem. D. eod.*

86 *Niſi quatenus ad eum pervenit*,

Sicut pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet; ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum pervenit. *l. ſicut.* 38. *D. eod.*

Vel niſi lis cum defuncto conteſtata fuerit.

Pœnalia judicia ſemel accepta in hæredes tranſeunt. *l. pœnalia.* 164. *D. eod. tit.*

DE EXCEPTIONE.

Cap. XXV.

Exceptionis regulæ ſunt vel generales, vel ſpeciales.

Generales ſunt hæ:

Exceptionem objiciens non videtur de intentione adverſarii confiteri. *c. exceptionem.* 63. *de reg. jur.* 6.

87 Deſinit debitor is eſſe, qui nactus eſt exceptionem juſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. *l. Marcellus.* 66. *D. de reg. jur.*

Nihil intereſt ipſo jure, quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. *l. nihil intereſt.* 112. *D. eod. tit.*

Nullus pluribus uti defenſionibus prohibetur. *c. nullus.* 20. *de reg. jur.* 6.

Nemo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti; niſi lex impedit. *l. nemo.* 43. *D. de reg. jur.*

Speciales referri poſſunt vel ad eas actiones, quæ ex contractibus; vel ad eas, quæ ex delictis ſunt.

Priores vel ab Actore, vel à Reo, vel à Re quæ pe-

88 *titur, vel à Contractu ducuntur.*

Ab

Ab ACTORE; *utpote cui negatur actio,*
ſi dolo agit,

Dolo facit, qui petit, quod redditurus eſt. *l. in condemnatione.* 173. §. *dolo. D. eod.*

Dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem. *c. dolo.* 59. *de reg. jur.* 6.

Bona fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur. *c. bona fides.* 83. *eod. tit.* 6.

Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur. *l. bona fides.* 57. *D. de reg. jur.*

Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, cui fidem à ſe præſtitam ſervare recuſat. *c. fruſtra.* 75. *de reg. de jur.* 6.

89 Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit. *l. cum par.* 154. §. *illi. D. de reg. jur.*

vel pro dolo alieno agit.

Alterius circumventio alii non præbet actionem. *l. alterius.* 49. *D. eod. tit.*

A REO; *nimirum*
Si ignorat quod debetur.

Ignorantia facti, non juris, excuſat. *c. ignorantia.* 13. *de reg. jur.* 6.

Non poteſt videri improbus, qui ignorat quantum ſolvere debeat. *l. non poteſt.* 99. *D. de reg. jur.*

Qui in alterius locum ſuccedunt, juſtam habent cauſam ignorantiæ, an id quod petitur debeatur. Fidejuſſores quoque non minus, quam 90 hæredes, juſtam ignorantiam poſſunt allegare.

Quatenus obtinet regula?

Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agatur; non etiam, ſi agat. *l. qui in alterius.* 42. *D. eod.*

Cum quis in jus ſuccedit alterius, juſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere. *c. cum quis.* 14. *de reg. jur.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Si in mora non eſt ;

Nulla intelligitur mora ibi fieri , ubi nulla petitio. *l. nulla.* 88. *D. de reg. jur.*

Non eſt in mora , qui poteſt exceptione legitima ſe tueri. *c. non eſt.* 60. *de reg. jur.* 6.

Imputari non debet ei , per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum. *c. imputari.* 41. *eod. tit.*

Si moram purgare paratus eſt ;

91 Ubi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo primo die venerit , audiendus eſt. Ita enim Imperator Antoninus cum divo patre ſuo reſcripſit. *l. ubi lex.* 101. *D. de reg. jur.*

Si ab eo fraus abeſt ;

Non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur. *l. non fraudantur.* 134. *D. eod. tit.*

Si adverſus eum non eſt actio.

Ex pœnalibus cauſis non ſolet actio in patrem de peculio dari. *l. ex pœnalibus.* 58. *D. eod.*

A RE ; *quæ petitur ,*

Si reus eam non habet ,

Non poteſt videri deſiiſſe habere , qui nun-
92 quam habuit. *l. non poteſt.* 208. *D. eod. tit.*

Non videntur rem amittere , quibus propria non fuit. *l. non videntur.* 83. *D. eod. tit.*

Nec dolo deſiit habere,

Pro poſſeſſore habetur , qui dolo deſiit poſſidere. *c. pro poſſeſſore.* 36. *de reg. jur.* 6.

Semper qui dolo facit, quominus haberet, pro eo habendus eſt , ac ſi haberet. *l. ad ea.* 157. *§. ſemper. D. de reg. jur.*

Parem eſſe conditionem oportet ejus, qui quid poſſideat, vel habeat, atque ejus, cujus dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret, vel haberet. *l. parem.* 150. *D. eod.*

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Nec ex ea locupletior eſt factus; 93

Locupletior non eſt factus, qui libertum acquiſierit. *l. nemo.* 126. §. *locupletior. D. eod.*

Si res caſu periit;

Animalium caſus, mortes, quæque ſine culpa accidunt, fugæ ſervorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præſtantur. *l. contractus.* 23. §. *animalium. D. eod. tit.*

Vel habet rem, quæ petitur; ſed ei pœnæ nomine ſoluta eſt:

Quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur. *l. quod à quoquam.* 46. *D. eod.*

Aut alternative debetur,

In alternativis debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri. *c. in alternativis.* 70. *de reg.* 94
jur. 6.

Aut dividi poteſt.

Ea quæ in partes dividi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur. *l. ea quæ.* 192. *D. de reg. jur.*

A CONTRACTU; *qui vel invalidus eſt, vel contra.*

Ab Invalido.

Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum. *c. non eſt.* 58. *de reg. jur.* 6.

In malis promiſſis fidem non expedit obſervari. *c. in malis.* 69. *eod. tit.* 6.

Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum. *c. non præſtat.* 12. *eod. tit.* 6.

A contractu valido. 95

Qui prior tempore, potior eſt jure. *c. qui prior.* 54. *eod.*

Poſte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Poſteriores vel a propriis delictis, vel ab alienis ducuntur.

A PROPRIIS DELICTIS.

1. *Si jure fecit reus.*

Non capitur, qui jus publicum ſequitur. *l. nihil conſenſus.* 116. §. *non capitur. D. de reg jur.*

Non debet cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere. *l. non debet.* 22. *D. eod. tit.*

Cui licet quod eſt plus, licet utique quod eſt minus. *c. cui licet.* 58. *de reg. jur.* 6.

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo jure utitur. *l. nullus.* 55. *D. de reg. jur.*

96 ### 2. *Si habuit parere neceſſe.*

Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſervis, ſi vel dominis, vel his qui vice dominorum ſunt, obtemperaverint. *l. ad ea.* 157. *D. eod.*

Qui juſſu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere neceſſe habet. *l. non videntur.* 167. §. *qui juſſu. D. eod.*

Quod quis mandato judicis facit, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe. *c. quod quis.* 24. *de reg. jur.* 6.

Ejus nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit. *l. is damnum.* 169. §. *ejus. D. de reg. jur.*

Alioquin in dolo fuiſſet.

97 Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non paruit. *l. non poteſt.* 199. *D. eod.*

3. *Si ex neceſſitate fecit.*

Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum. *c. quod non eſt.* 4. *de reg. jur. ext.*

4. *Si calore iracundiæ.*

Quicquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeverantia apparuit judicium animi fuiſſe. *l. quicquid.* 48. *D. de reg. jur.*

5. *Si*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

5. *Si imprudentia ætatis.*

Fere in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. *l. fere.* 108. *D. eod. tit.*

Pupillus pati poſſe non intelligitur. *l. in eo.* 110. §. *pupillus. D. eod. tit.* 98

6. *Si infirmitate ſexus.*

Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, cum defenduntur; non ut facilius calumnientur. *d. l. in eo.* 110. §. *mulieribus. D. eod.*

AB ALIENIS DELICTIS.

Si reus prohibere non potuit.

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non poteſt. *l. nullum.* 109. *D. eod.*

Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. *l. culpa.* 50. *D. eod.*

Non admittitur exceptio timoris vani.

Vani timoris juſta excuſatio non eſt. *l. vani.* 184. *D. eod. tit.*

DE REPLICATIONE. 99

CAPUT XXVI.

NOn ſolet exceptio doli nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur. *l. qui cum alio.* 19. §. *non ſolet. D. eod. tit.*

Non datur talis replicatio petitori, Si non rei quoque in ea re dolo actum ſit. *l. cum par.* 54. *verſic. neque enim. D. eod. tit.*

DE LITIS CONTESTATIONE.

CAPUT XXVII.

NOn ſolet deterior conditio fieri eorum, qui litem conteſtati ſunt, quam ſi non, ſed plerumque melior. *l. non ſolet.* 86. *D. eod.*

Nemo in perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Denique poſt litem conteſtatam 100

hære-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

hæredi quoque proſpicitur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis. *l. nemo enim.* 87. *D. eod. tit.*

Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ judicio, ſalvæ permanent. *l. omnes.* 139. *D. eod. tit.*

DE PROBATIONIBUS.

CAP. XXVIII.

Probationes eruuntur non ex cavillatione;

EA eſt natura cavillationis, quam Græci σωρείτην appellant, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ evi-
101 denter falſa ſunt, perducatur. *l. ea eſt.* 65. *D. eod. tit.*

ſed ex veritate.

Utilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur. *c. qui ſcandaliſaverit.* 3. *de reg. jur. ex.*

Elicitur autem veritas,

Interdum ex iis quæ apparent;

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. *l. expreſſa.* 195. *D. de reg. jur.*

Eum qui certus eſt, certiorari amplius non oportet. *c. eum qui.* 3. *de reg. jur.* 6.

Interdum ex his quæ præſumuntur.

Præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non pro-
102 batur. *c. præſumitur.* 47. *eod. tit.*

Semel malus, ſemper præſumitur malus. *c. ſemel.* 8. *eod. tit.* 6.

DE SENTENTIA.

CAP. XXIX.

Sententia probatur,

Si quidem tranſiit in rem judicatam.

RES judicata pro veritate accipitur. *l. res.* 207. *D. de reg. jur.*

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Quod ſit,

ſi data eſt cauſa cognita.

Omnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt. *l. omnia. 71. D. eod.*

In civilibus interdum in id, quod condemnatus facere poteſt, coarctatur;

Utpote non ulterius procedente exſecutione.

Divus Pius reſcripſit eos, qui ex liberalitate 103
conveniuntur, in id, quod facere poſſunt, condemnandos. *l. divus. 28. D. eod.*

In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur, non totum quod habent, extorquendum eſt; ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant. *l. in condemnatione. 173. D. eod. tit.*

In criminalibus quæritur culpa,

Ut reus condemnetur.

Sine cauſa, niſi ſubſit culpa, non eſt aliquis puniendus. *c. ſine. 23. de reg. jur. 6.*

De qua ſi conſtet,

punitur reus,

Peccati venia non datur, niſi correptis. *c. peccati. 5. eod. tit. 6.*

rem reſtituere cogitur,

Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ab- 104
latum. *c. peccatum. 4. eod. tit. 6.*

Et ex ejus bonis aliquid fiſco addicitur.

Ea ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perveniunt. *l. ea. 97. de reg. jur.*

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

DE AMBIGUI INTERPRETATIONE GENERALI.

Cap. XXX.

Cum autem Iudicis præcipuum munus ſit ambigua interpretari, ei tum generales, tum ſpeciales regulæ præſcribuntur.

Generales ſunt hæ:

Nam primum verba ſunt perpendenda.

105 Vtile per inutile non vitiatur. *c. utile. 37. de reg. jur. 6.*

Non ſolent quæ abundant, vitiare ſcripturas. *l. non ſolent. 94. de reg. jur.*

Ubi verba conjuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum. *l. in eo. 110. §. ubi. D. eod. tit.*

Pluralis loquutio duorum numero eſt contenta. *c. pluralis. 40. de reg. jur. 6.*

In eo quod plus ſit, ſemper ineſt & minus. *d. l. in eo. 110.*

Plus ſemper in ſe continet id, quod eſt minus. *c. plus. 35. de reg. jur. 6.*

In toto & pars continetur. *l. in toto. 113. D. de reg. jur.*

106 In toto partem non eſt dubium contineri. *c. in toto. 80. de reg. jur. 6.*

Semper ſpecialia generalibus inſunt. *l. ſemper. 147. D. de reg. jur.*

Generi per ſpeciem derogatur. *c. generi. 34. de reg. jur. 6.*

In toto jure generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt. *l. in toto. 80. D. de reg. jur.*

Deinde mens ſcribentis exquirenda.

In ambiguis orationibus maxime ſententia ſpectanda eſt ejus, qui eas protuliſſet. *l. in ambiguis. 96. D. eod.*

Quod

Quod factum eſt, cum in obſcuro ſit, ex affe- 107
ctione cujuſque capit interpretationem. *l. rapienda.* 168. §. *quod factum. D. eod.*

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. *c. in generali.* 81. *de reg. jur.* 6.

Quæ ſi dignoſci non poteſt, tunc ſequendum eſt quod minimum,

Semper in obſcuris quod minimum eſt, ſequimur. *l. ſemper.* 9. *D. de reg. jur.*

In obſcuris minimum eſt ſequendum. *c. in obſcuris.* 30. *de reg. jur.* 6.

Quoties nihil ſine captione inveſtigari poteſt, eligendum eſt quod minimum habet iniquitatis. *l. quoties.* 200. *D. de reg. jur.*

quod veriſimilius & frequentius, 108

Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quod plerumque fieri conſuevit. *c. inſpicimus.* 45. *de reg. jur.*

In obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet. *l. in obſcuris.* 114. *D. de reg. jur.*

quod benignius,

In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus juſtius eſt, quam tutius. *l. ea quæ.* 192. §. *in re dubia. D. eod.*

Capienda eſt occaſio, quæ præbet benignius reſponſum. *l. capienda.* 168. *D. eod.*

Semper in dubiis benigniora proferenda ſunt. *l. ſemper.* 56. *D. eod.*

Ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, 109
in meliorem partem interpretamur. *c. eſtote.* 2. *de reg. jur. ext.*

quod æquius,

Quoties æquitatem deſiderii aut naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur, juſtis decretis res temperanda eſt. *l. in ambiguis.* 85. §. *quoties. D. de reg. jur.* In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

In omnibus quidem, maxime tamen in jure, æquitas ſpectanda eſt. *l. in omnibus.* 90. *D. eod. tit.*

Etſi nihil mutandum eſt ex ſolennibus, tamen ubi evidens æquitas poſcit, ſubveniendum eſt. *l. & ſi.* 183. *D. eod.*

quod rei, de qua agitur, aptius.

110 Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum accipitur, quæ rei gerendæ aptior eſt. *l. quoties.* 67. *D. eod.*

Sin autem nec hoc cognoſcitur, erit habenda ratio perſonarum,

Favorabiliores rei potius quam actores habentur. *l. favorabiliores.* 125. *D. eod.*

Cum ſunt partium jura obſcura, reo favendum eſt potius, quam actori. *c. cum ſunt.* 11. *de reg. jur.* 6.

In eo, quod vel is, qui petit, vel is à quo petitur, lucri facturus eſt, durior eſt cauſa petitoris. *l. in eo quod.* 33. *D. de reg. jur.*

temporis,

111 Quoties utriuſque cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus, cujus in lucrum cauſa tempore præcedit. *l. quoties.* 98. *D. de reg. jur.*

damni,

In re obſcura melius eſt favere repetitioni, quam adventitio lucro. *l. non debet.* 41. §. *in re obſcura. D. eod.*

poſſeſſionis.

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. *l. in pari.* 128. *D. eod.*

Cum de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſſidentis. *l. nemo.* 126. §. *cum de lucro. D. eod.*

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

DE AMBIGUI INTERPRETATIONE SPECIALI.

CAP. XXXI.

Speciales ſunt hæ, quæ referuntur 112

AD MANUMISSIONES,

QUoties dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundum libertatem reſpondendum erit. *l. quoties.* 28. *D. eod.*

In obſcura voluntate manumittentis favendum eſt libertati. *l. in obſcura.* 170. *D. eod.*

AD PRIVILEGIA,

Neratius conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viventi Cæſar reſcripſerat, jam defuncto dediſſe exiſtimaretur, reſpondit; Non videri ſibi principem, quod ei quem vivere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe: quem tamen 113
modum eſſe beneficii ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe. *l. Neratius.* 191. *D. eod.*

AD TESTAMENTA,

In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur. *l. in teſtamentis.* 12. *D. eod.*

Cum tempus in teſtamento adjicitur, credendum eſt pro hærede adjectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris. *l. cum tempus.* 17. *D. eod.*

Ubi pugnantia inter ſe in teſtamento jubentur, neutrum ratum eſt. *l. ubi pugnantia.* 181. *D. eod.*

Quæ in teſtamento ita ſunt ſcripta, ut intelligi non poſſint, perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent. *l. quo tutela.* 73. §. *quæ in teſtamento. D. eod.*

AD CONTRACTUS IN UNIVERSUM, 114

Semper in ſtipulationibus, & cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt; aut, ſi non appareat quid actum eſt, erit conſequens, ut id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergo, ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt. *l. ſemper.* 34. *D. eod.*

Quæ dubitationis tollendæ cauſæ contractibus inſeruntur, jus commune non lædunt. *l. quæ dubitationis.* 81. *D. eod.*

115 Contra eum, qui legem potuit dicere apertius, eſt interpretatio facienda. *c. contra.* 57. *de reg. jur.*

Fraudis interpretatio ſemper in jure civili non ex eventu duntaxat, ſed ex conſilio quoque conſideratur. *l. fraudis.* 79. *D. de reg. jur.*

AD VENDITIONEM.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt. Ambigua autem intentio ita accipienda, ut res ſalva Actori ſit. *l. in contrahenda.* 172. *D. eod. tit.*

AD NUPTIAS,

In ambiguis, pro dotibus reſpondere, melius eſt. *l. in ambiguis.* 85. *D. eod.*

116 AD DELICTA,

In pari delicto, vel cauſa, potior eſt cauſa poſſidentis. *c. in pari.* 65. *de reg. jur.* 6.

Cùm par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa; ſicut fit, cùm de dolo excipitur petitoris. *l. cum par.* 154. *D. de reg. jur.*

AD POENAS.

In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt. *l. factum.* 155. *§. in pœnalibus. D. eod. tit.*

In pœnis benignior eſt interpretatio facienda. *c. in pœnis.* 49. *de reg. jur.* 6.

Odia reſtringi, favores convenit ampliari. *c. odia.* 15. *eod. tit.* 6.

FINIS.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

INDEX
CANONUM, LEGUM, ET PARAGRAPHORUM,

In partitionibus Germani Couſinii.

Vt moleſtam numerorum in utroque prioris editionis Indice mutationem evitaremus, eos ad marginem in hac adſcripſimus; ut ſi quid in Partitionibus utriuſque juris regularum quæras, ſecundum eas, benigne Lector, invenire poſſis. Quod, ut animadvertas, monitum te volumus,

Leges per L.
Canones per C.
Paragraphi per P. deſignantur.

A.

l. *Abſentia.* 78
p. *Abſurdum.* 29
c. *Acceſſorium.* 53
l. *Actus legitimi.* 71
c. *Actus legitimi.* 72
l. *Ad ea quæ non.* 83, 96
l. *Aliud.* 12, 30, 59
l. *Alterius.* 89
p. *Animalium.* 93

B.

c. *Beneficium.* 7
c. *Bona fides.* 88
l. *Bona fides tantum.* 23
l. *Bona fides non.* 88

C.

l. *Capienda.* 108
l. *Cæterum.* 82
c. *Certum.* 14
p. *Commodatum.* 55
p. *Communio.* 63
l. *Conſilii.* 38, 61, 82
c. *Contra eum.* 114
l. *Contractus.* 38, 43, 55, 56, 59, 60, 61, 62, 63, 93
c. *Contractus ex.* 43
l. *Creditor.* 51
p. *Cui damus.* 79
p. *Cui donare.* 23
p. *Cui jus eſt donandi.* 58
c. *Cui licet, quod.* 95
l. *Cujus effectus.* 12
l. *Cujus per errorem.* 22, 64
l. *Culpa eſt.* 63

N. 2. l. *Cul-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

l. *Culpa caret.* 98
l. *Cum amplius.* 47, 64
p. *Cum de lucro.* 111
c. *Cum in contemplatione.* 81
c. *Cum non ſtat.* 49
l. *Cum par delictum.* 89, 116
l. *Cum prætor.* 83
p. *Cum principalis.* 53
l. *Cum principalis.* 54
c. *Cum quid prohibetur.* 65
c. *Cum quid una.* ibid.
p. *Cum quis in alterius.* 28
c. *Cum quis in jus.* 90
l. *Cum quis poſſit.* 23, 58
l. *Cum ſervo.* 78
c. *Cum ſunt partium.* 110
l. *Cum tempus.* 58, 113
p. *Cum verbum.* 71

D.

c. *Damnum.* 69
c. *Decet.* 20
c. *Defleat.* 65
p. *Dejicit.* 68
c. *Delictum.* 8
p. *Depoſitum.* 55
l. *Divus Pius.* 102
c. *Dolo facit.* 88
p. *Dolo facit.* ibid.
l. *Domum.* 22
l. *Donari.* ibid.
p. *Donatio.* ibid.
p. *Dotis datio.* 62

E.

l. *Ea eſt natura.* 100
c. *Ea facta.* 109
l. *Ea quæ dari.* 39
c. *Ea quæ fiunt.* 75
l. *Ea quæ in partes.* 94, 108
l. *Ea quæ raro.* 40
l. *Ea ſola.* 104
p. *Ejus eſt actionem.* 75
l. *Ejus eſt nolle.* 37
p. *Ejus nulla.* 96
p. *Emtio rei.* 59
c. *Eſtote.* 109
l. *Etſi nihil.* ibid.
l. *Eum qui certus.* 101
c. *Exceptionem.* 86
c. *Ex eo quis.* 54
l. *Ex pœnalibus.* 91
l. *Expreſſa.* 101
l. *Ex qua perſona.* 28

F.

l. *Factum à Iudice.* 75
l. *Factum cuique.* 48, 68, 116
c. *Factum legitime.* 52
l. *Fœminæ.* 74
l. *Favorabiliores.* 110
l. *Fere in omnibus.* 97
l. *Fere quibuſcunque.* 24, 51
l. *Filiusfamilias.* 17
l. *Fraudis.* 115

l. *Fru-*

l. *Fructus rei.* 56
c. *Fruſtra.* 88
l. *Furioſi.* 35
p. *Furioſus.* 36

G.

l. *Generaliter.* 82
p. *Generaliter.* 43
c. *Generi.* 106

H.

l. *Hæredem.* 27
l. *Hæreditas.* 26
p. *Hi qui.* ibid.
l. *Hoc jure.* 67
p. *Hoc ſervabitur.* 43

I.

l. *Id quod noſtrum.* 45
c. *Ignorantia.* 89
p. *Illi debet.* 88
l. *Imaginaria.* 59
l. *Imperitia.* 68
l. *Impoſſibilium.* 39
p. *Impubes.* 74
c. *Imputari.* 90
c. *In alternativis.* 93
l. *In ambiguis orat.* 106
l. *In ambiguis pro.* 52, 109, 115
c. *In argumentum.* 11
l. *In condemnatione.* 71, 88, 103
l. *In contrahenda.* 115
p. *In contractibus.* 83
c. *Indignum.* 7
c. *Indultum.* 20
c. *In eo quod plus.* 97, 98, 105
l. *In eo quod vel.* 110
c. *Infamibus.* 73
p. *Infinita.* 10
l. *In generali.* 107
l. *In hæredem.* 85
l. *In his quæ officium.* 47, 73
c. *In ipſo cauſæ initio.* 80
c. *In judiciis.* 75
l. *In jure civili.* 49
p. *In maleficio.* 61
c. *In malis.* 94
l. *In negotiis.* 34
l. *In obſcura.* 112
c. *In obſcuris.* 107
l. *In obſcuris.* 108
l. *In omnibus cauſis id.* 21
l. *In omnibus cauſis pro.* 49
l. *In omnibus obligat.* 43
l. *In pari cauſa.* 26, 111
c. *In pari delicto.* 115
l. *In perſonam.* 34, 44
p. *In pœnalibus.* 116
c. *In pœnis.* ibid.
c. *In re communi.* 63
p. *In re dubia.* 108
p. *In re obſcura.* 111
c. *Inſpicimus.* 108
p. *In ſtipulationibus id.* 57
p. *In ſtipulationibus promiſſoris.* 58

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

l. *In teſtamentis.* 113
l. *In toto &c.* 105
l. *In toto jure.* 106
c. *In toto partem.* ibid.
l. *In totum.* 34
l. *Invito.* 19
l. *Invitus nemo.* 20, 28, 77, 78, 79
l. *Is damnum.* 44, 69
p. *Is natura.* 47
l. *Is qui actionem.* 81
c. *Is qui in jus.* 27
c. *Is qui tacet.* 37
l. *Iura.* 10
l. *Iure.* 69
l. *Ius noſtrum.* 25

L.

l. *Libertas inæſtimabilis.* 9
l. *Libertas omnibus.* ib.
p. *Locatio.* 60
c. *Locupletari.* 69
p. *Locupletior.* 92

M.

p. *Mandatum.* 61
l. *Marcellus.* 87
l. *Melior.* 15
l. *Minus eſt.* 81
c. *Mora.* 48
p. *Mulieribus.* 98
c. *Mutare.* 50

N.

p. *Nam plane.* 77
l. *Nec ex prætorio.* 13, 51
p. *Nec paciſcendo.* 56
p. *Negotiorum.* 62
p. *Nemo alienæ.* 80
l. *Nemo alieno.* 76
l. *Nemo damnum.* 68
l. *Nemo de domo.* 79
l. *Nemo dubitat.* ibid.
l. *Nemo ex his qui.* 84, 87
l. *Nemo ex ſuo.* 66
l. *Nemo ideo.* 47
l. *Nemo in perſequendo.* 100
l. *Nemo plus commodi.* 27
l. *Nemo plus juris.* 46
l. *Nemo poteſt ad.* 39
l. *Nemo poteſt gladii.* 76
l. *Nemo poteſt mutare.* 50
c. *Nemo poteſt plus.* 46
p. *Nemo poteſt tutorem.* 17
l. *Nemo prædo.* 67, 93, 111
l. *Nemo qui.* 75
l. *Nemo videtur fraudare.* 39
p. *Nemo videtur dolo.* 81
l. *Neque in interdicto.* 18
l. *Neque pignus.* 14, 55, 56, 60
l. *Neratius.* 112

l. Ni-

l. *Nihil conſenſui.* 36, 37, 95
l. *Nihil dolo.* 54, 70
l. *Nihil intereſt.* 87
l. *Nihil peti.* 84
l. *Nihil tam.* 50, 72
l. *Non alienat.* 59
p. *Non capitur.* 95
p. *Non datur.* 99
p. *Non debeo.* 47
l. *Non debet actori.* 77, 111
l. *Non debet alteri.* 38
l. *Non debet cui quod.* 95
c. *Non debet quis.* 66
l. *Non defendere.* 78
c. *Non eſt in mora.* 90
p. *Non eſt novum.* 52
c. *Non eſt obligatorium.* 94
c. *Non eſt ſive.* 63
l. *Non eſt ſingulis.* 10, 76
c. *Non firmatur.* 52
l. *Non fraudantur.* 66, 91
c. *Non licet.* 77
l. *Non omne.* 42, 57
l. *Non poteſt dolo.* 57
c. *Non poteſt eſſe.* 7
p. *Non poteſt videri accepiſſe.* 45
l. *Non poteſt videri deſiiſſe.* 91
l. *Non poteſt videri improbus.* 89
c. *Non præſtat.* 94
l. *Non ſolet deterior.* 99
p. *Non ſolet exceptio.* ib.
l. *Non ſolent quæ.* 105
p. *Non videntur conſentire.* 37
l. *Non videntur data.* 23
l. *Non videntur cepiſſe.* 45
l. *Non videntur rem.* 92
p. *Non videtur perfecte.* 41, 46
l. *Non videtur quiſquam.* 46
p. *Non videtur vim.* 68
l. *Non ut ex pluribus.* 41
l. *Non vult.* 29
l. *Nulla.* 90
l. *Nullum.* 89
c. *Nullus ex conſilio.* 38
c. *Nullus pluribus.* 87
l. *Nullus videtur.* 95
l. *Nunquam actiones.* 84
p. *Nunquam ex poſt facto.* 66
l. *Nuptias.* 62

O.

p. *Obligationum.* 51
c. *Odia.* 116
l. *Omnes.* 41, 46, 100
l. *Omnia fere.* 27
l. *Omnia quæcunque.* 102
l. *Omnia quæ ex.* 30
l. *Omnia quæ jure.* 51
l. *Omnis definitio.* 6
l. *Omnis hæreditas.* 26, 66

c. Omnis res. 51

P.

l. Parem. 92
c. Peccati. 104
c. Peccatum. 103
p. Per errorem. 64
p. Pignus. 56
p. Plerunque. 76
l. Plerumque fit. 42
c. Pluralis. 105
l. Plus cautionis. 56
c. Plus ſemper. 105
l. Pœnalia. 86
c. Poſſeſſor. 24
c. Poteſt. 35
c. Præſumitur. 101
l. Prætor. 32
p. Precarium. 55
p. Privatorum. 13
l. Privilegia. 19, 20
p. Privilegia. 20
c. Privilegium. 21
c. Pro poſſeſſore. 92
l. Pupillum. 67, 70, 85
l. Pupillus. 18
p. Pupillus pati. 97

Q.

l. Quæ ab initio. 29
c. Quæ à jure. 11
c. Quæ contra. 12
l. Quæ dubitationis. 114
p. Quæ in teſtamento. 103
l. Quæ legata. 17, 57
c. Quæ multoties. 8
l. Quæ propter. 10
p. Quæ rerum. 40
c. Quamvis. 8
l. Quandiu. 31
p. Quando. 82
l. Quatenus. 81
c. Qui ad agendum. 79
p. Qui agit. 77
l. Qui autore. 24
c. Qui contra. 58
c. Quicquid in ſacratis. 8
l. Quicquid in calore. 97
c. Qui cum alio. 33
c. Qui ex timore. 13
c. Qui facit. 35
l. Qui in alterius. 77, 89
l. Qui in jus. 47, 82
l. Qui in ſervitute. 51
p. Qui juſſu. 96
l. Qui non facit. 65
l. Qui per ſucceſſionem. 26
l. Qui poteſt facere. 29, 50
l. Qui poteſt invitis. 58
c. Qui prior. 95
l. Qui rem alienam. 79
c. Qui ſcandaliſaverit. 101
c. Qui ſentit onus. 53
l. Qui ſine dolo. 82
l. Qui tacet. 37

c. Qui

c. *Qui tacet.* ibid.
l. *Qui vetante.* 13, 75
l. *Quod ab initio.* 52
p. *Quod ad jus.* 9
l. *Quod attinet.* 9. 16
c. *Quod alicui gratioſe.* 21
c. *Quod alicui ſuo.* 36
l. *Quod à quoquam.* 93
l. *Quod contra.* 11, 28
p. *Quod cuique.* 20
l. *Quod evincitur.* 41
p. *Quod factum.* 106
l. *Quod ipſis qui.* 48
c. *Quod juſſis.* 71
c. *Quod latenter.* 11
c. *Quod non eſt.* 97
l. *Quod nullius.* 41
c. *Quod ob gratiam.* 20
c. *Quod omnes.* 12
p. *Quod pendet.* 44
p. *Quod quis.* 29
l. *Quod quis cum.* 16
l. *Quod quis ex culpa.* 69
c. *Quod quis mandato.* 96
c. *Quod ſemel.* 50
l. *Quoties concurrunt.* 84
l. *Quoties dubia.* 111
l. *Quoties duplici.* 31
l. *Quoties idem.* 109
l. *Quoties nihil.* 107
l. *Quoties utriuſque.* 110
p. *Quotus æquitatem.* 109
l. *Quo tutela.* 18, 26, 67, 113

R.

c. *Ratihabitionem.* 60
c. *Rationi.* 54
c. *Ratum.* 61
p. *Refertur.* 12
l. *Regula.* 5
p. *Regula.* 6
l. *Res judicata.* 102

S.

c. *Scienti.* 39, 70
l. *Secundum.* 53
c. *Semel Deo.* 8
c. *Semel malus.* 102
l. *Semper in conventionibus.* 42
l. *Semper in dubiis.* 108
l. *Semper in obſcuris.* 107
l. *Semper in ſtipulationibus.* 114
p. *Semper qui dolo.* 62
l. *Semper qui non.* 60
l. *Semper ſpecialia.* 106
l. *Servitutem.* 16
l. *Servus.* ibid.
p. *Si convenit.* 38
l. *Sicut pœna.* 86
p. *Si filiusfamilias.* 57
l. *Si in duabus.* 85
l. *Si librarius.* 44
l. *Si nemo.* 30

c. *Sine*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

c. *Sine cauſa.* 103
c. *Sine poſſeſſione.* 24
l. *Si quis obligatione.* 30, 45
l. *Si quis prægnantem.* 31
p. *Societas.* 61
p. *Socii.* ibid.
p. *Sub conditione.* 57

T.

p. *Temporaria.* 14
l. *Toties.* 82
p. *Tutela.* 63

V.

l. *Vani.* 98
l. *Vbi non voce.* 35, 36
l. *Vbicunque.* 74
l. *Vbi lex duorum.* 91
l. *Vbi pugnantia.* 40, 113
p. *Vbi verba.* 105
l. *Velle.* 36
p. *Venditio.* 59
p. *Verborum.* 72
l. *Verum eſt.* 40
p. *Vi factum.* 67
p. *Vnicuique.* 48
p. *Vni duo.* 28
c. *Vtile.* 105
c. *Vtilius.* 101
p. *Vt nulla.* 24

FINIS.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

INDEX
CAPITUM.

DE jure divino. cap. I. pag. 6
De jure humano, & primum de naturali. cap. II. 9
De jure civili, & primum de publico. cap. III. 10
De jure privato, & primum de perſonis. cap. IV. 15
De rebus, & primum de privilegiis. cap. V. 19
De ſervitute. cap. VI. 22
De donatione. cap. VII. 22
De uſucapione. c. VIII. 23
De ſucceſſione teſtamentaria. cap. IX. 25
De ſucceſſione ab inteſtato. cap. X. 31
De ſucceſſione prætoria. cap. XI. 32
De obligationibus, & primum de iis, quæ ex contractu ſunt. cap. XII. 32
De eo quod in obligationem incidit. cap. XIII. 39
De forma contractus. cap. XIV. 43
De obligationis contractæ effectibus. cap. XV. 44
De ſpecialibus contractuum regulis. cap. XVI. 54
De quaſi contractuum regulis. cap. XVII. 62
De generalibus delictorum regulis. cap. XVIII. 64
De ſpecialibus delictorum regulis. c. XIX. 66
Quibus modis obligationes tolluntur. c. XX. 70
De Judiciis, & primum de Judice. cap. XXI. 73
De Actore. c. XXII. 76
De Reo. cap. XXIII. 78
De litis perſequutione, & primum de actione. cap. XXIV. 80
De exceptione. c. XXV. 86

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

De replicatione. cap. XXVI. 99
De litis conteſtatione. cap. XXVII. 99
De probationibus. cap. XXVIII. 100
De ſententia. cap. XXIX. 102
De ambigui interpretatione generali. cap. XXX. 104
De ambigui interpretatione ſpeciali. cap. XXXI. 111

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2

dat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 C 2